

**www.e-rara.ch**

**Fabritii Paduanii ... tractatus duo alter de ventis alter perbrevis de  
terraemotu**

**Fabritius Paduanus  
Bellagamba.**

**Bononiae [Bologna], 1601**

**ETH-Bibliothek Zürich**

Shelf Mark: Rar 1929

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-14514>

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.


---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]




RAR 1929 cal E + Skat


X 1117

K 87, 58  
H 8

~~7800.!!~~

244/831/23977





6

FABRITII  
PADVANI  
PHILOSOPHI AC MEDICI  
FOROLIVIENSIS  
TRACTATUS DVO  
ALTER  
DE VENTIS  
ALTER PERBREVIS  
DE TERRÆMOTV

*Adiecto Indice copiosissimo.*



BONONIÆ,

---

Apud Ioannem Baptistam Bellagambam. M. DCI.  
SUPERIORVM PERMISSV.

N. 2. finis

F A R I T I I  
P A D V A N I I  
P H I L O S O P H I A C M E D I C I  
F O R O L I V I E N S I S  
T R A C T A T V S D V O  
A L T E R  
D E V E N T I S  
A L T E R P E R B R E V I S  
D E T E R R A E M O T V

*Adhuc in hac copia sumo.*



B O N O N I A

---

A p o d J o a n n e m P a p u l i u m B e l l a g a m b a n u m . M . D . C . I .  
S U P E R I O R U M P E R M I S S U



SERENISSIMO PRINCIPI  
FRANCISCOMARIAE II.  
FELTRIO DE RVVERE  
VRBINI DVCI VI. &c.



Alexander Paduanus Philosophus, ac  
Medicus. S. P. D.



IV mecum ipse Princeps Serenissime dubitavi, utrum paternum de Ventis opus ederem, aut inter cetera inelaborata eiusdem suppressum vellem; cum non paucis erroribus ab ipsomet dum vitam ageret refertum esse audiuissem: amplius quod ille olim librum vulgare statuerat, & qua ratione destiterit haud scio, ni forte quod elaboratum excultumvè magis exoptaret; aut quod alias scribendi nactus occasiones huius omnino fuerit oblitus: opus sanè tamdiu delituit, quousq; à Francisco eius fratre (tunc, vt & hodie Pragæ in aula Cæsarea praxim medicam exercente) monitus; qui ne diutius tantus labor inutilis esset in Germaniam sibi transmitti iussit, vt quæ in eo sunt schemata æneis tabellis incidenda curaret, quare è tenebris reuocato volumine, properante ad Fratrem vectore, tumultuaria nedum (vt aiunt) lucerna illud perlegere valens petenti satisfacit: redeunte deinde ex Germania Patruo, & volumen cum æneis prototypis referente, cum Fratrem defunctum reperisset, mihi vix puberi omnia tradidit, vt si quando expedire videretur prælo subijcerem, ætate auctus & à studijs in patriam reuersus, ne paternæ gloriæ invidus viderer, quæ in lituris dispersa fuerant suis adaptata locis, & in ordinem digesta, vt potui cum toto libro

typis mandare decreui; præsertim cum pauci ex professo (si vnū Theophrastum exceperis) quod nouerim materiam de Ventis pertractent, nullique occultum putem Hipp: vt cæteros taceam celeberrimos medicine scriptores, plurimi semper fecisse Ventos, & omnem aeris constitutionem, & affectum. Cum itaque Pater meus in vnum ferè redegerit, quæ ab alijs sparsim tradita fuerant, tibi Princeps optimè dicare statui; tum vt sub vmbra antiquissimæ quercus, tibi alteto Ioui sacratæ, securum manens, inuidiæ morsus non experiri, sed ne quidem timere possit; tum quod certo scirem patrem dum viueret talem, tantumque suis hisce laboribus destinasse patronum, ac protectorem. Nouerat enim quamplurimum clarissimorum virorum, ac potissimum Æneæ Paduanij, Francisci Fuschi Santagatensis, & Iacobi Mazonij testimonio; in te vno Principe scientias omnes sedem, soliumquè suum constituisse, opusq; hoc tibi gratum futurum esse, quod demum mihi dū anno elapso Romæ essem. Marcellus Paduanus Urbini Vicarius constanter affirmavit; ac ne te diutius legato debito fraudarem summe hortatus est. Suscipe igitur Princeps Serenissime alacri, ac leto animo munusculum, olim tibi à genitore meo dicatum, quod si in filio offerente destinantis patris animum intueri licet, vtrumque tibi fuisse, & esse additissimum cognosces. Vale.



# INDEX CAPITVLORVM

## Tractatus de Ventis.

- Prohemium 1  
De Ventorum multiplici opinione Cap. I. 3  
De Ventorum essentia secundum rei  
veritatem Cap. II. 6  
De causis Ventorum Cap. III. 8  
De defectu Ventorum Cap. IV. 10  
De Ventorum numero, & varia eorum  
dem positione. Cap. V. 12  
De Ventorum nominibus, & recta eo-  
rum portione Cap. VI. 37  
De Ventorum nominum Ethimolo-  
gia Cap. VII. 44  
De Ventis qui à Mari, & Aquis spi-  
rant Cap. VIII. 45  
De Ventis qui à terra spirant Cap. IX. 47  
De Ventis qui certis anni tempori-  
bus perflant Cap. X. 49  
De Ventis Repentinis Cap. XI. 51  
De sex Mundi positionibus. Cap. XII. 54  
De

|   |                |
|---|----------------|
| De Ventorum proprietatibus, ac naturis            | Cap. XIII. 60  |
| De facultatibus Ventorum Septentrionalium         | Cap. XIV. 60   |
| De facultatibus Ventorum Australium               | Cap. XV. 64    |
| De facultatibus Ventorum Orientalium              | Cap. XVI. 67   |
| De facultatibus ventorum Occidentalium            | Cap. XVII. 68  |
| De Ventorum effectibus.                           | Cap. XVIII. 69 |
| De signis Ventorum                                | Cap. XIX. 73   |
| De signis tempestatum                             | Cap. XX. 79    |
| De signis serenitatis & pluuiæ à Ventis desumptis | Cap. XXI. 84   |
| De præfagijs Ventorum                             | Cap. XVII. 86  |
| Ventorum obseruationes ex Agricultura             | Cap. XXIII. 92 |
| Ventorum obseruationes ex arte Nautica            | Cap. XXIV. 98  |
| Ventorum obseruationes ex Astrologia              | Cap. XXV. 102  |
|   | Ven-           |

|   |                 |
|---|-----------------|
| Ventorum obseruationes ex Archi-<br>teſtura               | Cap. XXVI. 107  |
| Ventorum obseruationes in Iherma-<br>rum administratione. | Cap. XXVII. 111 |
| Ventorum problemata                                       | 121             |
| Ventorum mechanicæ  | 128             |

## INDEX CAPITVLORVM de Terræmotu.

|   |               |
|---|---------------|
| Prohemium   | 153           |
| Variæ antiquorum ſententiæ de Ter-<br>ræmotu  | Cap. I. 154   |
| De eſſentia Terræmotus, atque eiuf-<br>dem multiplici differentia, cauſis,<br>& effectibus. | Cap. II. 155  |
| De ſignis Terræmotus.   | Cap. III. 161 |
| Terræmotum problemata   | 162           |

### ERRATA.

Facie 2. linea 8. facultatem lege facultatem. 3. penul. modo Ventorum autem motus. modo autem  
Ventorum motus. 5. 15. rempeſtuofus, tempeſtuofus. 6. 22. dominationem, denominationem.  
17. 3. a ſine Baſciam, Traſciam. 18. vltima & 19. prima arcticis & antarticis. arcticis, & an-  
tarcticis. 21. 10. ſecundum. ſecundam. 21. 22. tu ipſius. tu ipſe. 23. 9. aſine. verum. Vere. 27.  
19. pixidam. pixidem. 31. 11. Hydrographium. Hydrographiam. 37. 32. nocuiſſe. noniſſe. 38.  
11 ſimiales. Sinuales. 38. 14. (Veruntamen & ſi aliter determinauerim. Veruntamen (eſi aliter  
determinauerim. 38. 23. Leuant. Leuans. 41. 5. varietas. vacuitas. 41. 6. varietates vacuitates.  
41. 9. quod quo. 43. 14. plofare. perflare. 43. 17. iure. curæ. 43. vltima. ſubſcenda. ſubricenda.  
44. 16. quæ. quod. 44. 21. quæ. quod. vel quod flores &c. in aliquo nõ curſino charaſtere ſcribēdis  
44. 22. ſerū. rerum. 44. 27. vituperabili inſuperabili. 46. 10. maxime. maximi. 46. 12. qui quod.  
47. 10. Ventū. Ventus. 47. 32. exciho. exeho. 47. 34. emiſti. emiſſi. 47. vltima. Sinueſtano. Sinueſ-  
ſano.

fano. 48. 4. cuius. vicus. 48. 8. vocant. vacant. 48. 26. Differunt. differt. 49. 9. Sciona. Sceiona. 49. 3. insecutus est at Virgilius. insecutus est quidam at Vergilius. 50. 29. AEthiastarum. Ethestiarum. 51. 3. qui. quod. 51. 7. aducentibus. adurentibus. 51. 15. motu noctu. & qui. quod. 53. 16. Exidixie. Exidixie. 53. 19. Phiella. Thiella. 53. 25. Homescice. Homericca. 53. 29. radigitiuum. Rodiginium. 56. 5. canchri. cancri. 56. 13. seu. sed. 56. 17. positione. positionem. 56. 19. Semptentrione. Septentrione. 56. 20. Zenich. Zenith. 56. 36. Ringelberius. Ringelbergius. 61. 16. difficillimum sentire. difficilimum est sentire. 61. 23. serenam. serenum. 62. 18. tantam. tantum. 63. 1. mos. mox. 64. 29. ficus. sicum. 65. 5. Curgulione. Gurgulione. 65. 11. at. ac. 66. 23. casus. vsus. 68. 4. deporantur. depurantur. 68. 26. plurius. pluuiosus. 68. 30. Naquibus. anibus. 69. 1. que. qui. 69. 3. Flaminus fluminis. 69. 30. dicum. dicam. 71. 23. inondare. inundare. 75. 17. confirmat. confirmet. 75. 31. vngit. cingit. 79. vltima. dies. die. 80. 21. Soli. Sol. 82. 9. non permittit. permittit. 82. 16. aut. ite. 83. 22. costerpētes. costrepētes. 86. 8. pronosticare. pronosticari. 86. 13. atctas. acutas. 88. 21. excidebantur. excidebant. 88. 29. dēsat. densant. 89. 13. hortores. horrores. 90. 30. septentrionalis. septentrionales. 90. 31. superioribu. superioribus. 91. 23. primo. prima. 91. 24. Atabulus. Attabulus. 91. 29. velociur. velociter. 93. 14. arbores. arboribus. 94. 8. Borealis. Boreales. 94. 10. semine. semina. 96. 15. Hipomenia. Hipomenia. 96. 18. Zephira. Zephiria. 97. 6. atquo. atque. 97. 8. diuus. Diuus. 98. 10. defumptis. disruptis. 98. 12. propter. præter. 99. 28. igneos. ignes. 100. 13. predieit. predicat. 103. 9. aserint. aserit. 103. 17. Aomai. Aomar. 104. 19. etque. atque. 104. 32. Iohāni. Iohānis. 104. 33. coniuersales. vniuersales. 104. 33. colligunt. colligant. 104. 34. maxima. maximē. 105. 21. sese. ipse. 105. 23. vernis. veris. 105. 35. omuium. omniū. 106. 4. abortum. obortam. 106. 10. plantis. Planetis. 106. 18. firmamentum. fundamētum. 106. 33. Echolia. Etholia. 107. 6. minor. minori. 107. 36. ciuitate. ciuitatum. 108. 36. Ventos. montes. 109. 5. Soli. Solis. 109. 6. dissipet. dissipat. 109. 12. palustrem. palustrium. 111. 4. Sauor. Sauon. 111. 7. eirca. circa. 111. 17. fugerit. fugiat. 111. 18. aduertitur. aduentitia. 112. 22. Austrinum. Austrinam. 112. 23. pluuiosum. pluuiosum. 112. 30. Austrina. aquilonia. 112. 31. Borealis. Austrinus. 115. 30. ea. cas. 116. 6. sensum. fursum. 118. 36. deputati. depurati. 119. 22. permittuntur. premituntur. 121. 27. quidem. quedam. 122. 9. qui. mari. qui. a mari. 126. 29. Salo. Sole. 127. 127. 16. contraria. contra. 128. 3. tradimus. tradidimus. 128. 5. opponere. apponere. 128. 20. discussus. discursus. 132. 22. viri. sciri. 134. 6. forma. formā. 135. 31. quidem. quidā. 137. 17. adaptos. adaptatos. 149. 2. vocatur. vocantur. 147. pen. obserentur. obsecuntur. 153. 32. materia qua. 154. 30. a Vento. A Vento. 155. 27. aliquas. aliquos. 155. 30. pruis prius. 155. 36. ad diffunditur. ac diffunditur. 157. 18. euidentis. e rodentis. 158. 14. Heronis. Neronis. 158. 11. & terremotu. terremotu. 159. 34. premisum. promissam. 160. 1. qua. q; 160. 6. puteas. puteos. 160. 6. clausas. clausos. 162. 19. pori. porri.

## REGISTRVM.

\* ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXY.

Omnes sunt Duerniones, præter B qui est Ternio.



FABRITII PADUANII  
PHILOSOPHI. AC MEDICI  
FOROLIVIENSIS.

DE VENTIS TRACTATUS.



PROHEMIUM.



**V**ENTORVM cognitionem Medico maxime necessariam esse demonstravit Hippoc. in plurimis 3. particulae aff. 1<sup>o</sup> & in lib. de Aere, Aquis, & Locis; nec non & in lib. de morbis popularibus, & de humoribus, & de dieta, ut non solum Regionum singularem Situm, ac naturam cognosceret; verum, & quos morbos pariant, vel profligant venti, perfecte sciret, anniuersariasq; constitutiones deprehenderet, ut suauem, atq; optimam auram (nostri spiritus praecipuum fomentum) eliciendam, vel prauam pessimisq; flatibus refertam, reijciendam: praedicere, ac docere, & posset, & valeret. Siquidem ut inquit Plato, s. de legibus ubi frequentes ventorum, ac turbinum sunt varietates, difficiles, atq; proterui homines, reperiuntur, quare cum non corpus modo, sed & animum afficere soleant venti, ut lib. de hum. testatus est Hipp. vnus quisq; aerem sibi salubrem elligere debet, & in eius ellectione pro viribus laborare; Nam aer salubris, & bonus non solum corpori est vtilis, sed etiam menti, ut quotidianis docemur experimentis: Aeris impuritas ingenium hebetat, apprehensionem obtundit, iudicium obstruit, cognitionem infatuat, & obligat affectiones e conuerso omnia mentis opera in aere puro perfectius exercentur; Et ideo dicebat quidam quod

aer purissimus alie alia, & summa ingenia, considerans itaq; ego ipse ventorum  
dignotionem magnum ad res omnes praestare medico usum; Cum ad praesagia fa-  
cienda, tum ad sanitatem conseruandam, & curationem adhibendam, non ab re  
iudicauit si in gratiam studiosorum, qua de ventis, ob antiquis, & iunioribus hinc  
inde sparsa colligerem, in vnumq; tractatum omnia, qua ab eis dicta sunt confuse,  
breui quodam sermone complecterer, ut hoc solo inspecto, perlectoq; aliqua ex parte  
doctiores fierent, & insimul essentiam, causam, numerum, situm, ac positionem,  
facultatem, impetum, pericula, praesagia, & quaecunq; de ipsis possunt desiderari  
tamquam in speculo conspicua haberent, ac discerent; Verum priusquam de eis ali-  
quid deffiniendo decernam, primo quot, qualesue fuerint de ventis opiniones in me-  
dium afferam, mox ad alia descendam.

DE VENTIS TRACTATUS.

PROHEMIVM.



*[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

**DE**



# DE VENTORVM

## MVLTIPlici OPINIONE.

### CAPITVLVM PRIMVM.



**V**ENTVM aeris fluxum esse existimavit Anaximander, cuius subtilissimas maximeq; humidas partes Sol iam absorpserit; Cuius opinionis sectator fuisse videtur Hipp. in lib. de flatibus his verbis; Ventus aeris fluctus, & vnda existit; Cum igitur multus aer multos fluctus, & fortes facit, tum & arbores radicibus euelluntur, & mare vndis estuat, spirituum

potentia, ita cogente, naues onerosas etiam, & ingentes in altum disijciete: Huic etiam opinioni subscripsit vniuersus Stoicorum cœtus arbitratus, ventum omnem fluentis aeris esse impetum, varias appellationes pro locorum, diuersitate sortientem; Quibus etiam assensit Diuus Augustinus dum dixit: Ventus nihil aliud est quam aer iste commotus, & agitatus; & querens hanc suam probare sententiam, subdit; quod in loco tranquillissimo, & ab omnibus Ventis quietissimo vel breui flabello probari potest, quo muscas abigentes etiam aerem commouemus flatumq; sentimus, Verum & si abundè satis hanc opinionem reiecerit Arist. meteorologicorum secundo nihilominus liceat mihi hoc vnum addere: si prædicti intelligant, ventum esse aerem vt velle videtur Arist. aduersus hos, & maxime Hippocratem, vt refert Aphrodisiensis profectò errat Hipp. & vnà cum eo alij; siquidem si ventus esset aer utiq; naturali sua qualitate humectaret semper, at plerumq; exsiccat; ergo; præterea si ventus esset aer profecto motus eius semper esset ab oriente in occidentè, quo motu ab orbibus acquisito perpetuo moueretur modo Ventorum autem motus est mille modis, vt quotidiana experientia monstrat; ergo ventus non est aer, Vtcrius si ventus esset aer, substantia, & materia ven-

ti esset aer, & non exhalatio calida, & sicca, vt omnes vno ore fatentur & nos suo loco dicemus. At si ventum non aerem esse dicant, sed impetum in aere factum vt velle videtur Hipp. in lib. de morbo sacro (modo Hippocratis sit liber ille) certè immeritò carpitur Hipp. ab Arist. verba sunt Hipp. in lib. de morbo sacro: Aquilo compingit aerem, & turbatum, ac nubilum excernit, & illustriorem reddit, ac perlucidum & paulo infra: Auster cum primum incipit aerem compactum liquat, ac diffundit, nec statim magnus spirat, sed lentus, ac lenis est; quoniam aerem statim superare non potest, qui prius densus est, & compactus, & hinc est; quod Plinius 2. naturalis Hist. cap. 43. ventum definiens dixit: Ventus est aeris fluctus vi Solis impulsus, ex arido, & sicco terræ halitu genitus. Et Sen. in lib. naturalium questionum: Ventus est aer motus à loco determinato, ab exalatione calida, & sicca productus, alludens ad rationem Arist. quæ talis est; quemadmodum se habet in fluuijs, ita se debet habere in vento, cum vtriusq; insit proportionabilis passio; sed ita est in fluuijs, ut non quælibet aqua mota fluuius sit, etiam si sit magnæ quantitatis, & qualitercunq; fluat; sed modo ea dicitur cuius principium est à fonte originali, a quo continuè fluit multitudo aquæ similiter est in aere moto, quod non omnis aer motus, & qualitercunq; ventus sit, sed aer motus à principio, & loco determinato nihil tamen prohibet, quin aliquando possit dici ventus aer motus, vt placuit Arist. ex antiquorum sententia; particula problematum prob. 17. & 36. & 26. particula probi secundo quemadmodum potest non improbabiler dici fluuium esse aquam motam; Verum quia hoc non sufficit, sed oportet genus differentijs magis contrahentibus determinare, & qualis, vel quantus sit, vbi, & in quo, ut habetur 6. Topicorum; Ideo rectè Seneca addidit à loco determinato: Metrodorus autem vt habetur in lib. de Hist. Philosophica velle videtur duplicem esse vëtorum commotionem: alteram quidem cum Sol humiditatem aquosam excusserit; alteram cum Sol a sua maiori recedit eleuatione aere ad Septentriones inspissato, & propterea ventos (Etesias dictos) peracto Solstitio subsequi scripsit; Anaximenes autem ex aqua, & aere ventos gigni existimauit, & impetu quodam ignoto violèter ferri, & celerrime, sicut volatilia volare; Guglielmus de Conchis, in 3. lib. suæ philosophiæ quatuor modis ventum fieri tradidit, inquit aliquando fumus euaporat de terra cum quo particule terræ, & aquæ eleuantur quæ naturali motu ad centrum volunt descendere, sed impetu ascendentium in contrarium mouentur, & faciunt aerem fluctuare, & sic ventus fit; Vel vna pars aeris subintrat cauernas terræ, & al-

5

tera exire laborat, ex quo conflictu aer mouetur, & sic fit ventus: Hinc Sicilia ventosa regio, tertio nubes ruptę ventos generant ex vapore in ipsis contento, qui maius spatium desiderans, sibi obstantia scindit, & inventum erumpit, & hic ventus est procellosus, quia violenter mittitur, & cum descendit alios ventos quos reperit secum trahit, quarto dicit ex fluxionibus Oceani, vętos hoc modo fieri, ex duobus refluxibus, vno ad Septentrionem, & altero ad Austrum, fit Zephirus: quoniam ex aquarum separatione fit motus aeris, ex duobus scilicet Orientali, & Occidentali, fit Septentrionalis ventus, Boreas dictus, & ex duabus refluxionibus ad Austrum, fit Auster, & ex duabus ad Orientem, fit Eurus; Hermes autem Trismegistus lib. 4. cap. 2. inquit quod ex velocitate firmamenti, & calido motu Solis, impulsus aeris oritur, & ex impulsu aeris, fluctus Maris generatur; ex quibus nascitur motus, qui ventus dicitur; qui si caernas terrę sub intraverit, & tumidus exierit commotus augetur, ac impetuosus, & rempestuosus efficitur. Sunt qui etiam ventos omnes vnum esse ventum dicant; Et qui ventos, spiritus, aut flatus ( licet .n. vt velis eos appellate) ab ore efflui, atq; emitti, vt pingunt Pictores; fingunt .n. ex ore ipsos ventos efflari, atq; spiritum emmittere; amplius sunt, & qui fluere, ac ferri ventum tanquam ex vase aliquo, donec vas vacuetur, ac si ex vtribus dimissum quemadmodum apud Homerum Æolus rationis ventorum primus inuentor, is .n. benignus in hospites, & perhumanus fuit qui Lipparem, & Æolias ab eo nominatas Insulas in ore Sicilia tenuit, & in ijs Strongilem, ex cuius fumo quinam flatus futuri essent in triduum prædicebat; inde Rex ventorum dictus; in vtre ventos compressit, ac deinde Vlyssi tradidit, quem vtre Vlyssis socij, vt viderent, quid in ipso lateret, aperuerunt, ac confestim venti foras effluentes euolarunt;

Et Virgilius in Æneide in cauernis montium contineri scripsit, à quo allegorice capere possumus ventos à terra proficisci; sed quid tantis immoror opinionibus? cum possim de ventorum natura, & essentia cum Gal. in lib. de humoribus, & Arist. in meteorologicis vere differere.



## De Ventorum essentia secundum rei veritatem. Cap. II.



Duobus elementis inferioribus versus duo superiora, die, noctuq; exalationes ferri, omnibus iam palam est; & proinde Philosophantium nonnulli exhalationem hanc, quantum esse elementum sunt opinati, medium inter aerem, & aquam, iudicantes forte non minus necessariam ad animantium tutelam, ac vtilitatem, quam cetera elementa, propter impressiones inde prouenientes, vt sunt Pluuię, Rores, Niues, Venti, Fontes, & huiusmodi alię, sunt enim exhalationes terre tenues quidam spiritus, qui per estum maximum terra difisa exhalantur, & sursum in aerem feruntur: Verum cum duplex sit exhalatio, hæc sicca, & humida hinc sicce, & humidę sunt impressiones, & humidam exhalationem vocauit Arist. vaporem, qui potentia aqua est si proprie accipiatur, siccam vero innotinatam reliquit; Verumtamen fumum appellari posse scripsit; Communiter tamen omnes hęc exhalationē vocant, est enim exhalatio quasi extra datio, quę cum sit calida, & sicca potentia est ignis, & neutra istarum vnquam sine altera reperitur, sed simul quidem sunt; Verum vtraque secundum illud quod exuberat atq; excedit dominationem sortitur, & ambe calidę existunt cum ab eadē causa proficiscantur, nempe à Solis calore, & stellarum horumq; virtute agētium calidorum calida fiunt inferiora elementa, Sol enim & Astra agentia in terram, & aquam calefaciunt, clarificant, & leuificant, & vtramque exhalationem calidam reddunt. Hinc dixere quidam videntes vapores ad superiora ascēdere, Solem humido cibari, vt colligitur secundo Met. cap. 2. quę si fuerint calidę, & humidę sintq; tanti caloris vt ad mediam vsq; aeris regionem ascendere valeant, & ibidem ratione frigiditatis eiusdem regionis condensatę fuerint, erunt pluuiarum, & principium, & origo, si vero multum subtiles, & tenues vehementerq; calidę, & siccę, ac leuiiores extiterint, infimam, ac mediam facile penetrabunt aeris regionem, & ad supremam deuenient, vbi cum aere, in quo sunt circum actę, & eo motu vehementer calefactę, ac ignis vicinitate inflammante iuxta materię, ac loci diuersitatem, varię, ac diuersę fiunt ignitarum impressionum species, ac formę, vt stellę cadentes, lanceę ardentes, Caprę saltantes, Globi ardentes, stellę comatę caudatę uè: Verum si non ita subtilis, ac tenuis, nec tam vehementer calida, & sicca, sursum tamen quęrens ascendere, & à frigido  
obuiant-

obuiante repulsa, inferius detrusa, ac ea iterum sursum lata, iterumq; repulsa circa terram agitur lateraliterq; mouetur, hæc ventus nominatur. Est itaq; ventus exhalatio calida, & sicca virtute Solis astrorumque sursum eleuata, & circa terram lateraliter mota vel sic ventus est circa terram lateralis motus exhalationis calide, & sicce, virtute Solis astrorumq; sursum eleuata. Addidi autem astrorum quandoquidem astra non modo possunt, vt docet vsus, ventos mouere, sed & ad aliarum rerum generationem concurrere; Nam dixit Arist. primo de generatione animalium cap. 2. Solem, & Cœlum patrem esse generationis per Cœlum intelligens alia astra à Sole, & ex hoc elicio medico maxime necessariam fore astrologiam vt non solum criticorum dierum causas ostendere valeat, vt scripsit Hermes, & Soranus in Isag. sed & ex ortu, & occasu syderū sciat temporum mutationes prædicere: Quoniam cum ipsis, & nostra corpora permutantur, & eorum mobilitate, & perturbatione ægri tudines in hominibus commouentur, & tandem causas salubres, & infalubres prænoscere, nam dixit Hipp. in lib. de aere, aquis, & locis, cum enim temporum mutationes, & astrorum ortus, & occasus obseruauerit quemadmodum singula horum eueniant prænoscet utiq; de anno qualis hic futurus sit: Hoc namq; modo si rimatus fuerit, ac præcognouerit temporum occasiones, maxime de singulis sciet, & vt plurimum sanitatem inducet, & recta via procedet, non minima artis suæ gloria: Quod si cui hæc sublimiora videntur: is si ab hac scientia discedat discet sanè, non minimam partem conferre ad rem medicam astronomiam ipsam, sed omnino plurimam, cum vnà cum temporibus maxime humana corpora mutantur, & statim à mutatione, quæ fit peruentos exorditur: Et dixi lateraliter siquidem ventus secundum propriam naturam non mouetur sursum, sed à caliditate ei admixta neq; etiam deorsum, verum propter eius frigiditatem, quam à terra contrahit, neq; etiam potest dici, ventum moueri circulariter cum solum hic motus competat corporibus cœlestibus, vt habetur à Philosopho octauo Phisicorum, & primo Cœli, neque etiam potest quiescere neque in aere pendere, quemadmodū dicimus de magnete ferrum in aere propria virtute pendiculum faciente, cum illic contraria semper agant, & patiantur inuicem. Ventus itaque cum non possit quiescere neque circulariter moueri neque sursum tendere nisi violenter, neque deorsum, cum talis motus sit frigidi, simpliciter. Quarto Cœli relinquatur ergo motum eius naturalem lateraliter fore, & secundum obliquum soium, sed ad causas transeamus.

## De causis Ventorum. Cap. III.


 VM de ventis varia, ac diuersa fuerint opiniones; ita & de eorundem causis varij diuersimode sunt locuti. Democritus enim atomos ventorum causam esse asseruit concurrentibus eisdem simul ad alicuius partis aeris vacuæ repletionem. Verum cum talis motus in vacuo fieri non possit vt demonstrauit Philosophus 4. Phisicor. Text. 71. & 82. satisq; omnibus Peripateticis, & à Seneca admodum doctè diffusèq; hæc Democriti opinio de atomis fuerit explosa, non est, vt in præsentiarum de indiuisibilibus istis corporibus aliquid dicam. Alij in cœlestium orbium motum ventorum causam reijciunt dicentes, ex motu contrario in cœlestibus factò ventum excitari; Verum cum ex hac opinione duo sequantur absurda, quorum alterum vt scribit Georgius Agricola est ventorum continuitas, cum motus ille orbium continuus sit, Alter vero sempiternus ventorum motus ab Occidente, in Orientem cum illuc ferrantur planetæ sempiterno cursu, aduersus motum primi mobilis, quæ duo cum falsa sint credendum huius opinionis autorem, non modo rerum naturalium, sed etiam cœlestium perquam ignarum fuisse. Contendunt alij non in motu orbium, sed in planetarum vim, ac potestatem, nec non, & ortum, & occasum quorundam syderum primæ magnitudinis ventorum causam reijcere præcipue autem ex Mercurij, & Martis victoria, nec non Caniculæ, Arcturi, & Orionis, cui opinioni videtur subscripsisse Arist. 26. problematum probl. 12. cum dixit: Cur Auster, Canicula, Oriente moueatur idq; lege naturæ certissima fieri solet. Et prob. 14. eiusdem particulæ: Cur in Orione fiunt varij maxime dies, & indeterminationes ventorum. Alteram verò opinionem sectantur, ac approbant Astrologi omnes nec tamen illam de syderibus spernūt scribentes planetas ventos mouere cum aliquo se aspexerint aspectu, præcipue autem insignis aeris, vt inferius declarabimus vbi obseruationes astronomicas ponemus. Sunt & qui ventorum causam astrifero cœlo tribuunt, vt prisce antiquitati creditum est quoniam ante Solis exortum, priusquam stellæ recedant hoc est à lumine Solis occultentur leues quædam auræ oriri sint solite hinc fabulati sunt ventos Astree filios Auroræq; nepotes fuisse; Idcirco in Auroræ diluculo ventos excitari scribunt. Quidam ex Antiquioribus assignantes causam ventorum, & motus aeris dixerunt, vt habetur ex libro de natura rerum in terra est abissus profundissima, cuius fontes olim in diluuiò rupti fuisse leguntur. Iuxta hanc loca cauernosa sunt, & spelun-

9

speluncæ latè patentes, ex his igitur venti, de spiramine aquarum concipiuntur. Qui & spiritus procellarum dicuntur, & hi quidem spiramine suo per patentes cauernas aquas maris introrsum in abissum trahunt, eaque inundatione iterum impetu magno impellunt; de his itaque ventus fit, & Terremotus, hæc Autor ille. Verum his relictis naturaliter loquendo dico Ventorum causas esse quattuor, ceu, & aliorum naturalium, materialem, efficientem formalem, & finalem; Materialis est multitudo exhalationis calidæ, & siccæ à terra eleuatæ, licet ventus non appareat calidus; Quod ideo est; Quia commouet aerem plenum vapore frigido. Ideo omnis ventus secundum suas proprias spirationes frigefacit sicuti apparet consimiliter, aere ab animali longe spirato, commouere aerem frigido vapore plenum, & sic frigidus apparet; E propinquo tamen expiratus calidus existit. Ventus itaq; omnis prima sui generatione calidus dicitur, & siccus tam ratione materiæ, quam agentis, verum secundum effectus, quos parit in corporibus humanis, modo frigidus, modo calidus dicitur; Secundum quem sensum ventos considerat Medici, diuersas quandoq; vni vento facultates tribuentes ratione locorum per quæ transeunt, vel quibus obuiat, vt exēpli gratia si aliqua Ciuitas esset cooperta à flatu Australi propter montes altos, & frigidos, inde talis ventus non esset calidus, sed frigidus, & siccus, & è contra Septentrionalis flatus calidus, & humidus erit Ciuitatibus, quæ ad Septentrionem deserta adusta, vel mare habuerint. Efficiens est duplex remota, scilicet & propinqua, propinqua est frigiditas mediæ regionis aeris; Nam quemadmodum condensat vaporem humidum in nubem; Ita condensat exhalationem hæc siccam in flatum, vt inquit Algazel, quæ condensata ab aeris frigiditate percutitur, inferius detruditur, ac mouetur, lateraliter ob caliditatem exhalationis resistentis, & motus iste aerem impellit, & sic percipitur ventus: Causa verò efficiens remota est Sol 25. probl. proble. 7. & Astra. 2. meteorol. vbi habet Sol autem, & cessare facit, & commouet flatus, Sol. n. sui caliditate terram calefaciens, multas exhalationes ab ipsa eleuat vsq; ad mediam aeris Regionem in qua ventus producitur liquidem motus, & eius principium, à superioribus existit, inditio sunt nubes, quæ primo videntur moueri, ad quod intendens Io. Anglicus dicebat sapè in, aere ventorum nascitur rabies tremenda. Materia vero, & origo ab inferioribus. Asta etiam ventos commouere, tam errantia, quam fixa præter iam dicta longo sermone declarauit Ptolomeus Astrolo-

gorum Princeps in 2. quadripartiti, & vt experientia monstrat; Verum in his temerè non est pronuntiandum; sed prius facto in necessarijs diligenti examine; formalis est, quæ dat esse vento, & secundum quem talis exhalatio calida, & sicca lateraliter mota dicitur ventus; Nam forma est quæ dat esse rei secundo Physicorum Text. 28. & est illa secundum, quam dicitur hoc aliquid secundo de anima Text. 2. forma itaque ventorum est exhalationis agitatio sic per aerem procedens. Finalis vero ventorum causa est aerem subtiliare, clarificare, deputare, & inalterabilem, & impurum reddere ac conseruare; Et dicebat Seneca 5. naturalium quæstionum; Dedit Deus Ventos ad custodiendam Cœli, Terrarumquè temperiem ad euocandas, suprimendasquè aquas, ad alendos fatorum, atque arborum fructus, quos ad maturitatem cum alijs causis adducit, ista iactatio atrahens cibum in summa, & ne torpeat promouens dedit in vltiora noscenda; fuisse enim imperitum animal, & sine magna experientia rerum homo si circumscriberetur natalis soli sine dedit ventos, vt commoda cuiuscunque regionis fierent communia, Cæterum Vincentius Beluacensis lib. 4. speculi naturalis dicebat causas ventorum ad plenum scire neminem mortaliū arbitror, quod & in sacris literis legitur, qui producit ventos de thesauris suis, idest de occultis causis secundum Glos. quod enim iussu Dei inquit stant scis, & quod perflant sentis; sed quæ causa, vel de quo thesauro rationis educti sint nescis, & de causis ventorum hæctenus.

### De defectu Ventorum. Cap. III.

**D**ICTVM fuit in Capitulo præcedenti quattuor concurrere causas ad ventorum generationem quibus destructis, ruunt venti omnes, maximè autem materiali, & efficiente, & propterea dicebat Aristoteles in maximis caloribus, & frigoribus non fieri ventos; Siquidem tempore maximi caloris deficit materia; Temporibus vero ingentis frigoris deficit efficiens; Sol enim in Æstate propterea quod maximè accedit ad nos, in terris reflectens ad angulos rectos magis maximum producit calorem, & sic omnem materiam humidam in terris existentem adurit, & absumit, & omnem exhalationem potenter resoluit, & consumit; quæ est ventorum materia, non sic ergo fiunt venti media

Æsta-

Æstate, nisi leues naturaliter; verum si magni extra tempora statuerint venti semper aliquid mali portendere creduntur etiam temporibus magni frigoris, non fiunt Venti terra existente maximè humida, & Sole ad nos reflectente ad angulos obtusos, nullum aut debilem producente calorem, non valente in superfluum humiditatem agere, & exhalationem eleuare concurrente etiam ad hoc dominio frigoris porositates terre claudente, & exhalatione sursum ferri prohibente: Hinc est à contrario quod Sicilia, multis, ac continuis abundet ventis; Nam valde porrosa, & fistulosa existit: Pluuię item sunt causa interceptionis ventorum; Siquidem dixit Arist. 2. meteor. Vigentibus ventis cessant pluuię; Et ecõtra vigentibus pluuijs cessant venti; Nā materię entium oppositorum sunt oppositę, Ventus enim est exhalatio sicca pluuiia autem humida siquidẽ duplex est qui à terra, & ab humoribus eleuatur, Alterum siccum, & fumidum, Alterum humidius, & vaporosius, ex hoc nebulę, rores, & pruina, nubes, imbres, & grandines gignuntur. Ex illo venti coruscationes, tonitrua, præsteres, fulmina, de quibus lusit in hunc modum Arnobius lib. 8. contra gentes sic, exhalatis terrę vaporibus, nebulas semper adulescere, quibus densatis, coactisq; nubes altius surgere, iisdem labantibus pluuias fluere, flare ventos, grandines increpare, vel nimbis collidetibus, tonitrua mugire, rutilare fulgura, fulmina præmicare, & propterea Auerroes dicebat multiplicantur venti in annis, siccis, & minuuntur in annis pluuiosis, quodlibet tamen istorũ per accidens potest augmentare aliud; Nam terra existente maddida, & Sole accedente ex ea fit fumosa exhalatio, vt apparet de lignis viridibus igni admotis multũ fumum producentibus, similiter et possunt venti multos vapores humidos ex locis multis mouere, & in vnũ locũ congregare, & pluuias facere: Pluuię itaq; calores adurentes, & frigora intensa, ventos abscindunt, absumunt, & eleuari prohibent; Non sic igitur fiunt venti in Hyeme, & Æstate, sed inter medijs temporibus cũ adsit materialis causa, & efficiens; Sol .n. est potens ad eleuandũ, nec adeo validus, vt possit adurere, & exhalationes consumere, quin, & Sol auget, & comprimit ventos; auget ex Oriens, & Occidēs, Meridianus cõprimit, estiuis temporibus itaq; medio diei plerunq; sopiuntur, & nonnunquam iisdem nocte media ex defectu caloris intercipiuntur, & eiusdem vigore restaurantur, quo fit, vt à pene simili causa, & in corporibus nostris multi status generentur sintque multarum, ac prauarum egritudinum causę veluti sunt præcipue

quattuor illi morbi de quibus apud Salernitanos. Quattuor ex vento veniunt in ventre retento. Spasmus, Hydrops, Colica, Vertigo, hæc res probat ipsa cum itaque prædicta mala in corporibus nostris flatus excitet omni diligentia festinandum, vt horum sit in nostro corpore defectus.

## De Ventorum numero, & varia eorundem positione. Cap. V.

**V**ENTORVM duo sunt genera communes, & repentinii, communes eos dicimus, qui ex certis spirant partibus, vel quos statis anni temporibus flare constat: repentinios vero, qui neque à certa Cœli plaga aliqua, neque determinatis, ac certis anni temporibus spirant, de quibus post communium traditionem aliqua dicemus de communium Ventorum partitione non satis inter Authores constat; Alij. n. vnum esse tradiderunt, secundum spetiem, quod nihil aliud est dicere, quam non differre, nisi accidentaliter, secundum multitudinem, & paucitatem, & ratione locorum. Putabant enim isti Ventum nil aliud esse, quam aerem motum, sed cum hæc positionem reiecerit Arist. 2. meteor. cap. de fontium, & fluminum generatione, & ventorum essentia, & superius nos vbi de ventis opiniones recensuimus, non est, vt amplius in ea reiicienda defatigemur, alij duos esse ventos tradiderunt, vt refert Oribasius lib. 3. Aphorif. aff. 4. propter Orientalem, & Occidentalem plagam, ab Oriente ponentes Subsolanum, ab Occidente Fauonium, sed ij (iudicio meo) melius dixissent propter Septentrionem, & Austrum, à quibus potissimum venti oriuntur, dicente Philosopho 2. meteorol. omnium ventorum plurimi Aquilones, & Austri spirare solent, cum Sol hæc vna loca non adeat, sed ad ea se se applicet, ab eisq; dimoueat: ad Occasum enim & exortum assidue fertur, quare fit, vt ibi pauciores fiant venti; nam & si multæ exhalationes ibi generentur, multæ etiam consumuntur propter motum Solis per illa loca. Alij iuxta cardinum positionem tantum quattuor ventos principales à singulis Cœli partibus flare crediderunt, quorum primus meminit Ezechiel Proph. cap. 37. dum inquit, Veni spiritus à quattuor ventis, & exsuffla super interfectos istos, vt reuiuiscant; Horum etiam

tantum

tantum quattuor ventorum meminit Dominus Noster Iesus Christus apud D. Matth. cap. 24. & apud D. Marcum cap. 13. dum hæc protulit verba in commemorationem venturi iuditij; Et tunc mittet Angelos suos, & congregabit electos suos à quattuor ventis, à summo terræ vsque ad summum Cœli, & huius sententiæ fuit Homerus his versibus Latinis factis :

*Vna Euris grauiiter spirant Zephyrusque Noctusque  
Et Boreas vastos voluunt ad litora fluctus.*

Propter quattuor Mundi plagas, ab Oriente Eurum constituens ab Occidente Zephyrum, à Septentrione Boream, à Meridie vero Notû, quos insecutus est Ouidius primo Metamorphoseos. Dicens:

*Eurus ab Aurora nabateaq; Regna recessit  
Persidaq; & radijs Regna subdita matutinis  
Vesper, & Occiduo litora Sole tepescunt  
Proxima sunt Zephyro Scythiam, septemq; triones  
Horriser inuasit Boreas contraria tellus  
Nubibus assiduis pluuiôq; madescit ab Austro.*


Et primo de Tristibus.

*Nam modo purpureo vires, capit Eurus ab Ortu  
Nunc Zephyrus sero vespere missus adest,  
Nunc gelidus sicca Boreas haccatur ab Arcto.  
Nunc notus aduersa prælia fronte gerit.*

Pontanus etiam duobus versiculis complexus est idem.

*A summo Boreas, Notus immo spirat Olympo  
Occasum intendit Zephyrus venit Eurus ab Ortu*

Et huius positionis talis sit structura.



Alij autem putantes quattuor hos solos per tantum spatium, atque interuallum non posse aduersus se se flare, ijs alios quattuor addidere, & octo numero esse voluerunt, de quorum numero fuit Andronycus Cyrestes, teste Vitruuio de Architectura primo cap. 61. quem Varro de re rustic. non Cyrestem, sed Cyprestem nominauit: Is enim Athenis marmoream Turrim octogonon, id est octo habens angulos collocauit, & in singulis lateribus octogoni singulorum ventorum imagines excultas contra suos cuiusq; flatus delignauit, sup<sup>r</sup>que eam Turrim metam marmoream perfecit, & insuper Tritonem Aeneum collocauit dextera manu virgam porrigentem, & ita est machinatus, uti ventorum circumageretur, & semper contra flatu consisteret, sup<sup>r</sup>q; imaginem

25

imaginem flantis venti indicem virgam teneret quemadmodum ferè  
 seruari videmus nostris hisce temporibus in summis Templorum pi-  
 ramidibus, & in nobilium, & priuatorum ædium speculis, vel fastigijs  
 collocatis ibidem bracteis siue pentalis (quæ à vertendo giroillos, vel  
 penuncellos vocant) Ventos aduersos indicantibus: Hanc opinionem  
 insecutus est Phauorinus, vt habetur à Gellio lib. 2. cap. 22. & secun-  
 dum hunc modum hæc sit perigraphica figura diuiso Orbe terrarum  
 in plano, vt censuit Eratost. Cyrenaicus in quattuor partes, in Ortum,  
 Occasum, Meridiem, & Septentrionem hanc Andronici positionem  
 Mediterranei maris Nautæ, maximè Ianuenses obseruant, vt scribit  
 Valerius



8. II

Verum

Verum cum triplex sit Ortus totidemq; Occasus, Æstiu-  
 nus, atque Æquinoctialis idcirco tres vtrique ponuntur venti; Et vnum  
 à Septentrione, & alterum à Meridie, siquidem ij stabiles, fixiq; sunt,  
 illi verò commutantur, & hâc ventorum positionem octogonarium  
 que hunc numerum approbasse videtur. Galenus in Commentario su-  
 per librum Hippoc. de humoribus vbi adamussim talem, qualem su-  
 perius dedimus describit ventorum situm à Vitruuio lib. 1. capit. 6.  
 mutuatus omnia de verbo ad verbum. Docent autem quattuor mun-  
 di plagas ratione vmbre inuenire, hoc modo gnomone in circuli cen-  
 tro perpendiculariter erecto inspicito tum ante Meridiem, tum à Me-  
 ridie, vbi vmbra se contrahit, vel extendit vsque ad circuitum circuli,  
 ita vt non excedat, nec excedatur, & posito circini pede in altero pun-  
 ctorum producatur semicirculus quo facto in altero puncto pes circi-  
 ni figatur, & aduersus priorem ducatur alius semicirculus, & vbi  
 decussationem facient hoc est se incruuiabunt duc lineam.

per centrum vsque ad oppositam circuli partem, &

sic habebis punctum Septentrionis, & Meri-

diei, & diuiso spatio inter vtrumq; mani-

festabitur Oriens, & Occidens, vt

apparet in præsentî figura, in

qua. A. est centrum

circuli. B. est gno-

mon perpen-

dicu-

lariter stans in centro. C. est vmbra antemeridiana in cir-

culo terminata. D. est vmbra postmeridiana


consimiliter in circulo terminata.


E. est decussatio. G. est

punctus

meridiei. F. est punctus Septentrionis. H. est

Oriens. I. est Occidens.





Est, & alius modus Cœli regiones perscrutandi per solariorum horologia, in quibus lingula illa tremula, quæ circumuoluitur lineam meridianam ostendit, quamquàm non profus admissim; neq; enim eodem meridiano nobiscû conuenit lapis ille, sed aliquanto magis orientali; Eius autem lingulæ, auricolæ tinctæ, magnete, Septentrionem demonstrant, qui in his regionibus reperitur. Est & adhuc tertius Cœli plagas inueniendi modus nubiloso tempore ex contactu arborum in Syluis existentium; Quoniam cortices Aquilonem spectantes, duriores sunt plerumque atque rimas altiores agunt, & ob id Columella arbores priusquàm transferantur Rubrica notandas præcepit, ut easdem Cœli partes aspiciant, ne aut insolitus calor pristinum dissoluat vigorem, aut molitiem austrinam Septentrionis horror lædat, & habito Septentrione facillime per opposita tria alia puncta designabis, & sic pro ratione locorum ventos habebis, & constitues numero octo; Hinc factum est; ut Piratæ antiquiores, & Nautæ omnes octonario numero ventos appellent, talibus nominibus eos signantes, ut à parte

Septentrionis, Tramontanam dicant, à meridie Ostrum, ab Oriente  
 Leuantem, ab Occasu Ponentem, inter Septentrionem, & Ponentem,  
 Magistrum ponunt, inter Ponentem, & Ostrum; Garbinum inter  
 Ostrum, & Leuantem; Syrocum, inter Leuantem, & Tramontanam,  
 Græcum; vt apparet ex infra scripta figura, in qua vides  
 characteres huiusmodi ventos  
 designantes.

✦ enim Leuantem indicat. G. Græcum monstrat; Nigredo  
 illa Tramontanam denotat. M. Magistrum.

P. Ponentem. A. Garbinum.

O. Austrum,

Ostrum dicunt. S. Syrocum. Verum huic pyxidi

Nauticæ Moderniores Nauium

Rectores,

vsque ad xxxij. posue-

re.

De quibus paulò post dicemus;





114  
Societas...  
Lignum...  
M...  
O...


...  
...  
...

...  
...  
...

Dequibus...




...



Nam institutum meum est à minori ad maiorem numerum ascendere, ne bis idem repetere cogar, vel ordinem peruertam, neq; ab octo vsque ad 11. reperio aliquem, qui posuerit ventros Aristot. tamen lib. 2. Meteororum cap. 2. vbi ex professo de Ventis tractat. 11. posuit, tali ordine, & nominibus, vt ab Oriente Equinotiali, Apeliotes esset, ab Occidente Equinotiali Zephyrus, ab Oriente Æstiuiali Cecias, ab Occidente Æstiuiali, Argestes, ab Oriente Hyemali, Eurum, ab Occidente Hyemali, Lybs, à Septentrione vero Aparctias, qui etiam, & Boreas; à meridie, Auster inter autem Aparctiam, & Argestem, Basciam collocavit; inter Aparctiã, & Ceciam Messem posuit, cui nullũ ventum diametraliter contrariũ cõstituit; inter autem Eurum, & Austrum Phenitiam

tiam apposuit, cōtrariū ex diametro Trascie, Verum vt res clarior euadat, esto Geometrica figura in qua vides positos esse yndecim ventos.



Sunt tamen aliqui, qui contrarium secundum diametrum Messe ponunt, alium ventum Libonotum dictum in loco tali caractere signato  de quorum numero videtur fuisse Alexander Aphrodis. & sic 12. ventos numero constituunt, cui assentit M. Varro, & Isidorus libro Ethimologiarum, & Haly Abbas quinto Theorica cap. 8. sicuti, & maior pars eorum, qui de ventis tractarunt, differunt tamen aliquantulum in positione, & nominibus; nonnulli itaq; Armilarem Spheram constituunt, & iuxta Zonarum distantiam ventos collocant; ita vt maior sit distantia, à vento flante ex Tropiciis, & vento flante ex circulis arcticis,

ticis, & antarticis, quam ex ijs ad quattuor cardines, vt apparet ex immediate suprascripta figura; Aliqui vero totum orbem terrarum in 12. partes æquales distribuunt, atque vnique vento suam partem tribuunt, ita vt tres sint orientales, tres occidentales, tres septentrionales, & tres meridionales, cuius opinionis videtur fuisse M. Manilius sui Astronomici libro 4. licet tantum Cardinales ventos expresserit, inter medios vero subticuerit, dum dixit:


*Asper ab axe ruit Boreas, fugit Eurus ab ortu*

*Auster amat medium Solem, Zephyrusque cadentem*


*Hos inter bina medijs è partibus aura*

*Expirant, similes mutato nomine flatus.*

Vt liquet ex præsentis diagramate contemplari; nam vides omnes inter se æqualiter distare.



Aliqui vero ita disponunt ventos, vt à parte Orientis tres sint venti, Eurus, Subfolanus, Cecias, tres ab occasu, Aphricus, Fauonius, Trafcias, vnus meridionalis Auster, alter Septentrionalis Boreas, ita vt relati sint octo, alij vero, quattuor inter relatos medij sunt, & ab Angulis Mundi excitantur, inter Orientem & Meridiem, Euro Auster, inter Occidentem, & Meridiem Aphrico Auster, inter Septentrionem, & Orientem; Aquilo inter Septentrionem, & Occidentem Argestes, siue Circius hãc positionem signauit Aetius Ter<sup>ti</sup> p<sup>er</sup> ser. 3. cap. 163. & eam ab Antiquioribus Nautis desumpsit, vt apparet ex eorum pyxide, quam descripsit Bordonus in suo de insulis tractat. cuius iconem damus, suisque characteribus signamus.



Ita vt à parte Orientis .S. Subsolanum significet .C. Ceciam .A. Aquilonem . Nigredo illa Septentrionem .C. Circium .C. Chorum .F. Fauonium .A. Aphricum .L. Libonotum .A. Austrum .E. Eurum .V. Vulturum , Alij autem totum orbem in 16. diuidunt partes , ex eisque duodecim recipiunt , & secundum quattuor angulos, quattuor constituunt triplicitates ; Ita quod vnaqueq; triplicitas tres completatur ventos ; reliquæ vero partes quattuor remanent vacuæ, vt apparet ex sequenti figura ; in qua vides Subsolanum cum suis collateralibus primam constituere triplicitatem ; Septentrionem cum suis adiacentibus, secundum ; Fauonium cum suis collateralibus tertiam ; Austrum cum suis adiacentibus quartam ; vt patet ex sequentibus versibus , in quibus licet etiam inspicere diuersitatem positionis .

*Sunt Subsolanus . Vulturus, & Euris Eos :*


*Occidui Zephyrus , Lybs, & violentus Iapix .*

*Austrini, Notus, Euronotusque Austro Aphricus atque*

*Arctoi, Septentrio, Circius, & Boreas sunt .*


Etiam ab his differunt in Ventorum positione Bartholomeus Anglicus in suo libro de proprietatibus rerum 11. & Vincentius Belluacensis in quarto speculi naturalis, quos si placet consule, iam enim ponenda est figura triplicitatum cum suis spatijs vacuis, qui quantum vero consonet, tu ipsius Iudex esto .

Alphabeticum ponunt in ista figura duodecim triplicitates duodecim, ac tot ordinat secundum duodecim signa Zodiaci, in quibus dantur etiam duodecim triplicitates . Nam Aries, Arietis, triplicitas est Orientalis, Cancer, Leo, Scorpio, triplex, triplicitas est Occidentalis . Sagittarius, Capricornus, triplex, triplicitas est Orientalis . Virgo, Libra, Scorpio Occidentalis . Sagittarius, Capricornus, triplex, triplicitas est Occidentalis . Ita vt triplicitas signa Zodiaci, vt patet in figura .



Aliqui autem ponunt huiusmodi ventos duodecim, ita secundum triplicitates dispositos, ac eos ordinat secundum duodecim signa Zodiaci, in quibus dantur etiam huiusmodi triplicitates. Nam. Piscis, Aries. Taurus. triplicitas est Orientalis. Gemini. Cancer. Leo. Septentrionalis. Virgo. Libra. Scorpius Occidentalis. Sagittarius. Capricornus. Aquarius meridionalis, ita vt cuilibet signo vnicus ventus; vt patet in hac figura.


In qua



In qua tamen pro temporum diuersitate considerandum Orientalia posse dici Occidentalia, & e contra, verum enim Aries cum suis collateralibus Orientalis est, & Libra cum suis adiacentibus occidentalis, in autumno autem sunt opposito modo, vt patet intelligenti, & huiusmodi triplicitates non minorem habebunt vim in prædicendo de ventis quam, quæ numerantur inferius vbi obseruationes Astronomicas ponemus; Quare hæc à Medico, & à naturali Philosopho non sunt abijcienda, nec negligenda; Nam dixit Hippoc. in lib. de aere, aquis, & locis Astronomia non est minima pars medicinæ, quinimmò maxima; Et Aristot. 2. Phisicorum Astrologia media est inter mathemati-

cas,






In qua liquet cernere positionem, & nomina ventorum per Paduanum descriptam, nec nō nomina, & positionem principaliorum octo ventorum à Nautis descriptorum, sicque. Quattuor cardinales ventos habebis, octo collaterales, & quattuor à Nothericis Nautis additos, medios per æqui distantiam inter Cardinales; A parte itaque Orientali, primus ventus cardinalis est Subsolanus, seu Apeliotes, qui oritur in Oriente, sub Æquinoctiali paralelo, & habet duos collaterales Vulturum, seu Ceciam versus Septentrionem, & Eurum, versus Austrum, secundus ventus Cardinalis est Fauonius, seu Zephyrus, & oritur in Occidēte, sub paralelo Æquinoctiali prædicto huic collaterales sunt Cho-


D rus,

rus, siue Iapix, seu Argestes, versus Septentrionem, & Aphricus, siue Ilyps, ad Austrum, Tertius ventus Cardinalis dicitur Auster, seu Notus, qui oritur in meridiana plaga, & ad Orientem habet Euronotum, seu Euroastrum, ad Occalum Libonotum, vel Austroaphricum; Quartus ventus Cardinalis dicitur Septentrio, seu Aparctias flans ab Vrlis ad Occasum habens Circium, seu Trafciam ad Orientem Aquilonem, seu Boream; Quattuor autem additi Magistralis, Græcus, Syroëcus, & Garbinus, qui & Lybecchius vt superius diximus, & figura monstrat, sunt ponendi; Verum si tibi scire cordi sit; quibus nominibus apud Navigantes Maris Oceani venti appellerentur Esto pyxidis Nauticę ipsorum forma, & lion.




In qua vides Subfolanum ab eis vocari l'Estè, Zephyrum Oestè, Septentrionem Nortè, Austrum Sur, Græcum Nordestè, Syrochum Sueftè, Garbinù, siue Libecchium Suduestè, Magistrum Noroestè, & hos omnes integros ventos appellant, quos nos principiores quibus adiungunt alios octo inter medios ex suis collateralibus participantes & ab eis nomina sortientes; Ita vt ventus medius inter Septentrionem, & Græcum dicatur Nornordestè, inter Græcum, & Solanum ponunt Esnordestè, inter Subfolanum & Syrochum Essuestè collocant, inter Austrum, & Syrochum, est ventus dictus Sufuestè, inter Austrum, & Garbinum Surfuduestè nominant, inter Ponentem, & Garbinum Oestuduestè, inter Ponentem & Magistrum Oesnorostè, inter autem Magistrum, & Tramontanam Hormoroestè existit, vt patet in immediate suprascripta figura, quam secundum Italos Navigantes liceat etiam describere, vt infra patet

ne ponentes Oceanicam tantum pixidam Italica inuideret.




In qua vides Subfolanum ab eis vocari l'Estè, Zephyrum Oestè, Septentrionem Nortè, Austrum Sur, Græcum Nordestè, Syrochum Sueftè, Garbinù, siue Libecchium Suduestè, Magistrum Noroestè, & hos omnes integros ventos appellant, quos nos principiores quibus adiungunt alios octo inter medios ex suis collateralibus participantes & ab eis nomina sortientes; Ita vt ventus medius inter Septentrionem, & Græcum dicatur Nornordestè, inter Græcum, & Solanum ponunt Esnordestè, inter Subfolanum & Syrochum Essuestè collocant, inter Austrum, & Syrochum, est ventus dictus Sufuestè, inter Austrum, & Garbinum Surfuduestè nominant, inter Ponentem, & Garbinum Oestuduestè, inter Ponentem & Magistrum Oesnorostè, inter autem Magistrum, & Tramontanam Hormoroestè existit, vt patet in immediate suprascripta figura, quam secundum Italos Navigantes liceat etiam describere, vt infra patet




Nec adhuc contenti Nautæ in tali numero alios 16. inter medios addidere Neoterici appellantur eos non nomine Ventorum, sed quar-  
tarum à proximiori, ut per quam manifestè in præsentis recentioris pi-  
zidis Nauticæ figura est cernere.

In qua



In qua vides maiores radios octo principaliores ventos denotare, per nigrum radiū intelligendo Tramontanam, vt ipsi vocant, per M. Magistum, per P. Ponentem, per A. Garbinum, per O. Ostrum, per S. Syrocum, per ✱. Orientem, per G. Græcum, Mediani verò Radij indicant alios octo ventos, quos ex principalioribus participare scribunt, & ideo ex vtrisque mixtos eos appellant; Vt exempli gratia inter Leuantem, & Græcum (vt verbis eorum vtar) mediū dicunt Græco Leuantem, & sic de singulis, vt superius diximus in immediate secunda figura superscripta, minimi verò Radij indicant illos 16. minores ventos, quos Nautæ non sub nomine vèti proprij, sed quarti à proximiori denominant, Verbi gratia. Primus Ventus ab Oriente versus  
Græcum

Græcum dicitur quarta Leuantis versus Græcum. Secundus minimus dicitur quarta Græci versus Leuantem. Tertius dicitur quarta Græci versus Tramontanam. Quartus quarta Tramontanæ versus Græcum, appellatur, & sic de alijs, sunt tamen qui omnibus his 32. Ventis nomina imposuerunt, vt fuit Guglielmus Calanatus qui Tabellam maxima cum diligentia scripsit in qua omnes Ventos nempe 32. collocauit, eosq; talibus nominibus appellauit, qualia in sequenti effigie cernere potes. Et hæc ventorum multiplex consideratio, in multis locis necessaria fuit præsertim in Gothico, & Liuonico Mari, vt testatur Olaus Magnus propter Insulas & Saxa latentia, alias singulo momento periclitarentur, vnde illis necesse est accedendo, vel fugiendo tot Ventos nominare, ac considerare.



Sed positis iam multis ventorum descriptionibus iuxta variatam  
 Pixidis formam Cartæ Marinae Iconem demus: Siquidem  
 hæc regula est Cannon, & amultis Nauticæ pixidis, &  
 pixis sine ea nihil valet: insimul enim his utun-  
 tur Nautæ, iuxta ventorum regiones sua  
 nauigia, & ad Itinera componenda  
 verumtamen, quanto maio-  
 res fuerint huiusmodi  
 Carte tanto per-  
 fectiores  
 erunt, non enim breui spatio vniuersalem Hydrogra-  
 phium ponere valemus quare quantum fert  
 spatium eam posuimus.




Sunt

MERIDIES

SEPTENTRIONES

OCCIDENTES

ORIENTES



ORIENS

MARINARIA


SEPTENTRIO

CARTA

MERIDIS

OCCIDENS

Sunt & qui tantum xxiiij. ventos constituunt de quorum numero videtur fuisse Vietruuius lib. primo capite sexto suę architecturę quem imitatus est Georgius Agricola lib. 3. de re metalica, omnibusque nomina propria indidit, quę ita ad oculos ponuntur.



Et est sciendum, quod tam Nauræ Germani, quam qui è terræ visceribus metalla excauant, ac cum figuratione duplicata, nedum simplici vtuntur; Vt illi iter per Maria dirigere; ij vero in cauernis metallorum venas prosequi, & ventorum nominibus commōstrare; siquidem ex venis metallicis; Aliæ se extendunt ab Oriente in Occidentē, Aliæ è contra ab Occidente in Orientem; Aliæ ex meridie in Septen-

triones,


E

triones,

triones, & alia e contra ex Septentrionibus in meridiem. Vel ex istorum intermedijs, vt per optimè demonstrauit idemet Georgius Agricola loco citato; vbi in fine declarauit quæ magis, vel minus metallorū sint feraces fodinæ ex Cœli constitutione, & venarum extensione in quattuor Cœli plagas, nec non denique per saxorum commissuras, ad easdem quattuor Cœli partes se porrigentes; Consimiliter de fluuijs, & Riuis authoritate Calbi probat; qui nam sint auri, maximè feraces secundum quattuor Cœli Angulos, quæ omnia si scire, ac placet intelligere lege eum fusius loco iam citato; sed reuertamur vnde digressi sumus, & dicamus eos, qui pertractant de ventis, præfixumq; eis numerum constituunt, intelligere tantum de hoc nostro Hemispherio, quod si prout æquum est, in Antipodum Hemispherio (sunt enim Antipodes, qui aduersis vestigijs e contraria Terræ parte contraria nostra vestigia stant) totidem collocentur, eorum omnes venti numero 64. secundum Ponentes 32. vel 48. secundum eos qui ponunt 24. & sic de alijs, erunt tamen venti huius Hemispherij differentes ab illis, qui erunt in altero Hemispherio, quia in superiori qui erunt Orientales, in inferiori erunt Occidentales, & e contra: Sunt & qui ventos aliter disponunt Ponentes in habitabili plaga, quæ est à Tropico Cancræ, vsque ad circulum Arcticum 12. Ventos flare, & inter alios 12. in habitabili Zona, quæ est inter punctum Capricorni, & circulum Antarticū, sed me iudice melius dixissent A Polis ad Æquinoctialē, siquidem Borealium Ventorum terminus est Polus; Australium verò Æquinoctialis, non enim Ventus à palis flans vltra Zonam torridam se extendere valet, cum in ea Zona, mazimè præualeat calor exhalationem omnem consumens, & ideo naturaliter ibi per parui, vel hulli fiunt Venti, vel pluuiæ, & sic constituunt 24. Ventos, quos si voluerimus duplicare, secundum duplicem habitationem superiorem, & inferiorem sic erunt 48. Venti, & hæc fuit opinio Petri Aponensis in suo conciliatore, def. lxvij. quam positionem, vt facilius vnusquisque possit percipere talis schematibus explicandam curauimus, nec te turbet si in vtraque demonstratione vsi fuimus iisdem Ventorum nominibus, nam si non nomine conueniunt; saltem re iisdem, & effectu erunt, nā qui spirabit à Polo Antartico versus Zonam habitabilem inter circulum Antarticum, & circulum Capricorni, & si non sit Septentrio nomine re enim, & effectu ipsi proportionem respondebit, vt inferius declarabimus ex Hipp. & Strabone, ita & de alijs dicendum.

Hinc

SEPTENTRIO.



MERIDIES.

Hinc factum est, vt semper crediderim ego Ventorum non esse determinatum numerum; quinimmò in numeros esse flatus secundum variam, ac innumerabilem locorum positionem, cum in qualibet Terræ parte possit eleuari exhalatio, & moueri vndecunq; , siquidem non est maior ratio de vna parte Terræ, quam de altera cum sit sphericæ figuræ; si vna cum aqua consideretur, ita vt non omnibus eadem pars Cœli, & Terræ Orientalis sit, Occidentalis &c. Cum vbique sit Oriens, & Occidens respectu diuersarum positionum quo fit etiam vt non omnibus idem sit ventus Orientalis, & Occidentalis: videmus enim vel percipimus magis Ventum frigidum à plaga meridionali ad nos accedere cum vere Ventus ille nō possit dici meridionalis, quia non habet conditiones illius venti, sed hoc ideo est, quia Ventus ille non habet originem suam vltra Alpes nostras, à quibus acquirit frigiditatem præterea sunt quidam Venti peculiare alicui regioni, quod in alijs partibus non spirant, vt ferunt de Circio Vento in Narbonensi Prouincia, qui non multum vltra Regionem illam extenditur; Quamuis apud Gothos sit ille celeberrimus, vt scribit Olaus, vltimus Ventos non esse numeri determinati, inditio sunt venti repentini qui non extenduntur vltra regionem illam, in qua eleuantur: Quare supposita materia, & causa efficiente rectè disposita vbicunq; dabitur exhalationis eleuatio, ibi & Ventorum motus sicq; innumerabiles erunt Venti siquidem diuersitas Ventorum generatur à diuersitate locorum, cum omnes Venti sint vnus Ventus sicuti omnia flumina sunt vnum flumen natura; Et fortè ad hoc alludēs Seneca quinto naturalium dicebat: nulla propemodum regio est, quæ non habeat aliquem flatum, ex se nascentem, & circa se cadentem, omnesq; ad quattuor Cardinales Ventos (quos Auerroes principales, & famosos vocauit, sicuti reliquos declinantes dixit secundo Meteororum cap. de Ventis) dirigendos esse pro certo habeo, vt visum est speculo medicinæ nitidissimo Hippo. Nam nullibi, quod sciam ab ipso factam fuisse mentionem reperio, præterquam de quattuor dictis lib. enim de Aere, Aquis, & Regionibus, vbi ex professo de Ventis pertractat, solum quattuor Cardinalium naturam examinavit, omnesq; alios ad hos reducibiles esse voluit; dum dixit: quæcunq; quidem Ciuitas, quæ sita est ad ventos calidos, puto autem eos qui inter brumalem Solis exortum, itidemque, & Occasum perflant huic ij Venti sunt peculiare à Septentrionalibus autem Ventis tuta, ac protecta ea Ciuitas est; Et in lib. de morbo Sacro; Austri tantum & Aquilo-

Aquilonis mentionem fecit tanquam principaliorum, & alios ad se trahentium; id quod etiam factum fuisse video, cum in libris de morbis popularibus; tū in lib. de humoribus, & in tertia particula aphorismorum vbi de Ventis sermocinando, reliquos tacens solum, de Cardinalibus verba fecit: vbiq; igitur sit homo obseruare debet semper Ventos à Polis spirantes, & à Torrida Zona simulq; Orientales, & Occidentales flatus, siquidem qui à Cardinibus spirant aerem, maximè & corpora nostra alterare, & immutare valent; Vt declarauit Haly Abbas quinto Theoricę cap. 8. qui & si Ventorum duodecim meminerit, quattuor vero tantum complexiones adiumenta & nocumenta; tradidit in fine addens hæc verba. Reliqui omnes Venti passiones in corporibus operantur proximas illis, quas illi à quorum flant lateribus, exhibent; & ab Auicenna secunda primi summa prima Doc. secunda; à cap. 4. vsque ad cap. 10. vbi de passionibus Ventorum pertractat, de quattuor angularibus Ventis solum facta est mentio: Quare cum nobis propositum fuerit doctrinam hanc ad Medicos esse dirigendam; ideo nihil nobis sit de præfixo Ventorum numero determinare; Sed sat sit quattuor Cardinalium Ventorum naturam, & potestatem cognoscere; Reliqua sciant Nautę quibus iter per Mare commissum est, nec tamen inficiari volo quin, & ipsis, & omnibus alijs, quibus curæ est, hæc scire, quantum in me sit, satisfaciam.

## De Ventorum nominibus, & recta eorum positione. Cap. VI.



**F** si de nominibus non multum sit curandum: cum ad placitum sint; tamen cum quis ex libris sententias erueret, atq; penitus exprimere vult, necesse est, vt verborum corticem ante prorumpat. Hinc Polux partim esse sapiētia, quid quo nomine censeatur in primis nocuisse; verba enim inuenta sunt, vt dicentis sententiam exprimant, quattuor itaque modis cum sint nomina rebus imposita, ex proprietate, ex improprio, ex vsu, & per interpretationem, Ideo de nominibus Ventorum differendum esse existimaui, ne quis eo nominum numero deceptus tot esse Ventos existimet. Non enim Ventorum nominum oportet inspicere numerum, sed regiones, Cœliq; positiones à quibus spirare


rare constat. Ventorum itaque nomina in vniuersali, sunt quattuor, Ventus, Aura, Flatus, & Spiritus, quæ tantum differunt secundum magis, & minus; Nam ventus quod est nomen generale, est exhalatio terræ calida, & sicca, virtute Solis, & Astrorum sursum eleuata, ac lateraliter mota: Quemadmodum diximus superius; Aura vero est similiter exhalatio terræ calida, & sicca, virtute Solis, & Astrorum sursum eleuata, & lateraliter mota: verum secum portans quandam suauitatem. Flatus vero est ipsamet exhalatio lateraliter mota, plus tamen quàm aura, & minus quàm ventus. Spiritus demum est quando inspiramus, respiramus, & sufflamus. Sunt itaq; Ventorum in vniuersali nomina hæc quattuor, & horum alij Pellagij, simiales Altani, siue Terranei, Tropei, Apogei, & Charonij. Amplius alij Orientales, Occidentales, Septentrionales, & Meridionales. Qui adhuc in principales, & collaterales deducuntur vnum vtrinque; (verum tamen & si aliter determinauerim) est in præsentiarum tamen intentio mea omnes ventos ad xij. reducere, nempe ad quatuor principales, & intermedios: quandoquidem positio hæc ferè omnibus, qui de ventis tractarunt visa sit, & facilior, & cõmodior, cum ad doctrinam, tum ad memoriam. Vnicuiq; itaq; parti principaliori ventum vnum famosum dabimus, & duos collaterales ita vt duodenarium numerum constituent, videantq; medicine professors, omnes hosce flatus ad quatuor principales esse dirigendos. Sit itaq; à parte Orientis Apeliotes Græcis, Romanis Nauticis, Subsolanus cognominatus, siue Leuant. A parte vero Occidentis Zephrus Græcè, Fauonius Latinè, seu Ponens. A parte verò Septentrionis est Aparctias Græcis, latinis Septentrio, siue Septentrionarius, Nautæ Tramontanam dicunt. A meridie est Auster latinis, Græcis Nothus cognominatus, vulgo apud nos la Corina dicitur. Hi sunt igitur quatuor venti famosi, siue principales, à quibus declinant ceteri, vt à parte Orientis versus Septentriones declinat Cæcias, à parte vero Meridiem versus est Eurus, quem aliqui idem esse cum Subsolano scribunt, & ab Æquinoctiali Oriente spirare, sed Eurus nostri Vulturum dicunt, & Liuius hoc ipso nomine illum ipsum appellat in illa pugna Romanis parum prospera; In qua Annibal contra Solem Exorientem exercitum Romanorum, & contra ventum constituit, cum venti itaq; adiutorio, ac fulgoris oculos prostringentis, hostes vicit, ac superauit; Sunt igitur ij tres venti Orientales Cæcias, Vulturum, & inter hos medius Subsolanus. A parte Occidentis

versus

versus Septentriones est Argestes Græcis, Caurus Latinis dictus. Versus autem Meridiem est Aphricus, qui Græcè dicitur Lyps. A parte vero Septentrionis Orientem versus est Aquilo Latinè, Boreas Græcè, licet Galenus lib. 5. Methodi Med. Thabias describens Boream vnà cum Euro, & Subsolano ab ortu flare scribat, quod de

ortu æstiuo intelligere oportet. Versus autem Occidentem Trascias Græcè, Latinè Cirtius, à parte autem Meridionali versus Occasum est Lybonotus Græcis, Latinis Austrophricus, versus autem Ortum est Euronotus Græcè,


Latinis Euroauster, vt patet in sequenti diagramate in quo licet etiam conspicerere ventorum latitudines, & distantias per quadras secundum Terræ ambitum diuisas, ex Eratostenis supputatione.



Quem inuenitur esse gradus, & sacrobus, & quem inuenitur videtur  
Extremus igitur Circulus continet gradus Zodiaci 360. secundus vero  
tercirculus & maior ventorum nomina amplectitur: tertius vero Ter-  
tr. ambitum circumscribit in quatuor quadras diuisum, & quatuor  
spatia vana, & singulis partibus continet tres ventos, vnam principa-  
lem, & duos collaterales, sine cadentes distantes à principibus per  
gradus 45. & sic distans constat circulos in sphaera tractantem, partem  
quatuor distans circulus. Adiuuonialis est. Aethiops, vel Physialis. Tro-  
pico tantum distans circuli à Polis, sed per gradus 45. vel vnius per  
gradus 90. & 1. minutas vt tenent omnes Astrologi ergo illi. Vnum

quem

quem




Quem imitatus est Strabo, & Sacrobustus, & quem imitari video; Extremus igitur Circulus continet gradus Zodiaci 360. secundus vero circulus, & maior ventorum nomina amplectitur: tertius vero Terræ ambitum circumscribi in quattuor quadras diuisum, & quattuor spatia vacua, & singula quarta continet tres ventos, vnum principalem, & duos collaterales, siue cadentes distantes, à principalioribus per Gradus 24. sicuti distare constat circulos in Sphera materiali, nam quantum distat circulus Æquinoctialis ab Æstiuo, vel Hyemali Tropico tantum distant circuli à Polis, sed per Gradus 24. vel verius per Gradus 23. & 51. minuta vt tenent omnes Astrologi ergo illi. Verum cum

cum non sit maior ratio de vno Vento, quam de altero, ideo omnibus Ventis eandem latitudinem assignandam iudicavi, quæ est per gradus 24. vt in antecedenti figura manifestè conspicitur, & cum secundum nostram positionem Venti, à quacunque parte Terræ, & vndecunque spirare possint non est assignanda varietas aliqua in Terris, in qua non liceat Ventum spirare; Ideoq; Ponentes huiusmodi varietates iudicio meo (saluo semper meliori) manifestè falluntur, ac toto (vt aiunt) aberrant Cælo; Quocirca si ob rationes dictas Venti duodenarium implere debeant numerum sintq; circa Terram collocandi, non eo quod dictum est modo, sed infra scribendo, sunt ponendi, ita vt vnicuique; Vento secundum gradus Zodiaci respondeant 30. gradus, hoc est signum vnum, & ne credas Aristotilem, & alios dicentes Ventos, à Tropi-  
 cis, & à Circulis Arcticis, & Anctartieis spirare, quod à puncto precise spirare, & flare dixerint; Sed circa Regionem illam exempla enim non datur, vt ita sint, sed vt adiscentes adiscant: quare secundum præsentem figuram Ventos omnes representandos fore iudicauimus, vt

omnibus ex æquo satisfaceremus; nam secundum ponentes Ventos iuxta Spheram materialem parum distabunt à Circulis, secundum ponentes per signa Zodiaci, intentum habebunt suum, & qui quattuor tantum scient omnes alios ad hos esse reducendos cum tres dicantur Orientales, tres Occidentales, tres Septentrionales, & tres Meridionales, & qui plures,

quam duodecim non ignorabunt ad hos duodecim esse refferendos, vt in hoc schemate patet.

F Verum,



Verum, quia plerumq; apud Authores nomina hæc transposita inuenies, ita ut interdū liceat conspiciere Cardin. Ventos collateralium nomine, & ecōtra nominari, ut verbigratia Eurus aliquibus ponitur Cardinalis, aliquibus collateralis: similiter, & Boreas, & Aquilo, vel etiam trāspōnunt modo à dextris, modo à sinistris, ut est videre apud Haliabat. lib. 5. Theoricæ. c. 8. qui Aquilonē à parte Septent. quem Boreā appellant versus Occasum ponit, & versus Ortū Chorū, sic etiā Vulturū à parte Orientis versus Septent. ponit, & tamen ab alijs ponūtur aliter. Aliqui etiā Cæciam collocant à parte Occid. ut Phauorinus apud Gellium: & tamen alijs constat esse ex ventis Orientalibus sunt, & nonnulli qui Argestem ponunt ad Occid. versus Meridiem, ut Georg. Agric. & tamen secundum alios omnes apparet esse versus Septent. vbi loco Argestis

gestis idem ponit Ethesias, cū tamē omnibus innotescat, Ethesias esse flatus Aquilonares flantes per 40. dies ab Ortu Caniculæ, Vnde Lucret.

*Puluerulenta Ceres, & Ethesia flabra Aquilonum.*

Huius etiam sententiæ ante Agricola[m] fuit Diodor. lib. 1. de fabulosis antiquorum gestis: Non Septentrionales Venti, inquit, sed qui ab æstiuo occidente flant, Ethesiæ vocantur. Et qui Orithiam ponunt à latere Zephiri: Cum tamen scribant aliqui Vétos esse Boreales; hinc Ouidium assumétem à Sophocle, in Tragico fabulatum Boream Orithiam rapuisse, & in Ventum conuertisse vnde primo ellegiarum:

*Si satis es raptæ Borea memor Orithiæ*

Et à Propertio lib. 3.

*Infelix Aquilo raptæ timor Orithiæ.*

Vegetius etiam non satis rectè explicat: quoniam Ventos collaterales eodem modo ad dextram, modo ad sinistram p[ro]ferre dicit lib. 4. de re militari, & vt vno verbo hæc finiam: vnusquisque Ventos hosce ad libitum nominavit, & posuit, ideo meliori quo potuimus modo, conciliauimus, & posuimus nos, & si hæc non multum nobis iure esse debeant, modo sciamus omnes Ventos ad quattuor principales reducere: dixit enim Halyabbas loco superius dicto Ventos inter medios, secundum complexiones ad quattuor principales reducendos esse, secundum quod ab eis declinant, & in corporibus passionem operantur proximas illis quas illi in quorum flant lateribus exhibent; Sunt itaq; Septentrionalis Venti nomina Synonyma hæc, Septentrio, Septentriarius, Scopiariū, & Aparctias ad quem reducunt Aquilo, Boreas, Gallicus, Supernas Messe, Ethesiæ Prodomij Orithiæ, Græcus, Circius, Trascias Magistralis, & Strimosites. Ad Orientem Ventū cuius sunt hæc nomina, Leuans, Subsolanus, & Apeliotes; refferūt Cæcias Carbas Hellespontius, Eurus, Vulturinus, & Berecinthias. Ad Austrum vero, siue Notum reducuntur Euronotus, Libonotus, Garbinus, siue Leberias, Phenitias, Altanus, Syroculus, Chencrona, Ashamini, & Leuconoti. Ponentis autem Zephyri, vel Fauonij tenēt partes Chelidonia, Aphricus, Subuesperus, Argestes, Chorus, Caurus, Iapix, Olympias, Sciona, Attabulus, & Stirene: Sed & præter hæc sunt alia Vétorum nomina, quæ quia vel Synonyma cum prædictis sunt, vel ab istis deriuantia, vt sunt Vpaquilo, Mesaquilo ab Aquilone deriuantes. Vpocircius, Mesocircius, à Circio; & huiusmodi de quibus superius ex schemmate Casanata. Ideo ne in dictis & dicendis contingeret error, vel confusio, ea forte subsicenda censuimus.

## De Ventorum nominum ethymologia.

## Cap. VII.



ONSTAT quam plurima Ventorum nomina esse, partim ab effectu Ventis imposita, quemadmodum Ventus quod est nomē generale sic dictus à venio venis, secundum Isidorum, & Ioan: Ianuen. in suo Catholico, & Aura, ab aere quasi acra, eo quod sit leuis motus eius, agitatus enim aer auram facit, Aufter ab hauriendis aquis, vel ab augendo aquas, vel ab humida natura Venti, qua de causa etiam Græcis Notus fuit dictus, vel notus quod interdum corrumpat, is à D. Hieronymo Pincerna pluuiarum appellatus, & Boreas à boatu hoc est sonitu, quem edit vel quod perflat ab Hiperboreis Mōtibus, vt inquit Anglicus hic apud Athenienses Affinis dicitur, à Pausania Megalopolis, & Zephyrus ἀπὸ τοῦ ζοῦ καὶ φέρω dictus, quæ concipere faciat foetus; vnde Virgilius:

*Ore omnes versa in Zephyrum stant rupibus altis*

*Expectantq; leues auras, & saepe sine vllis*

*Coniugijs Vento grauida.*

*Vel quæ flores, & germina flatu suo.*

Viuificentur, teste Bartholomeo Anglico de proprietatibus serum, & Circium appellant opinor à turbine eius, ac vertigine, quia cum sit vehementissimus omniaq; turbat, vnde Lucanus:

*Solus sua littora turbat Cirtius.*

Hispani Cirtium Gallicum dicunt, quod à Gallitia flet, hic quasi omni anno in Mari Gothico, seu Suetico adeo vituperabili tempestate feruit, vt maxima Nauium multitudo, vel submergatur, vel diro Naufragio periclitetur, hoc idem operatur in eodem Mari Chorus ventus, & ideo Cirtium dicunt aliqui, quod sit Choro coniunctum, hic Narbonensi Gallia familiarissimus est; Vienam non attingit, & reliquis partibus ignotus. Partim à similitudine, vt Aquilo, à sublimi volatu Aquilæ, vel quod aquas stringat, & nubes dissipet. Vulturinus, à Vulturis volatu, quoniam alte resonat, vel quod inter Eurum, & Notum sit, vt placet Rauisio, hic idem & Caratias, vt scribit Cassaneus: Partim à contraposis regionibus, vt Lybs à Lybia, vel Aphricus ab Aphrica, quo (referente Herodoto lib. 7.) perijt maxima pars Xerxianæ classis nempe.

pe .C.D. naues; fuit enim venti illius vis intollerāda; Phenitias à Phenitia, Helespontus ab Helesponto, altanus, ab alto, hoc est à Mari dictus est, vel à Cœli partibus, vt Subsolanus, quod sub Sole, & Apeliotes, quod à Sole spiret, & Eurus, quod ab Eoo flet, idest ab Oriente, vt vult Olaus, sicut Septentrio à Septétrionibus, & Aparctias, quæ ab Arctis, vel vrsis, partim ab anni tēporibus inde anniuersarij dicti, quod singulis annis spirent iisdem temporibus, vt Ethedesiæ, Prodomij, Ori-thiæ, Chelidoniæ, & Ashamini: Partim etiam secūdam placitum ventis indita sunt nomina; vt visum fuit primis impositoribus, nō est itaq; de nominibus Ventorum multum Medico curandum, præsertim si complexionem, & naturam quattuor Cardinalium perfectè, ac omni adhibita diligentia cognouerit, ac didicerit; porrò in hac Ventorum dispensatione, illud haud quamquam omittendū censeo, Ventos quandoq; sibi ipsis aduersos spirare motu quoddam reciproco, sicut qui inde appellantur palimboreæ, veluti retrogados dixeris Boreas: putat Theophrastus ista prouenire locorum, montiumq; præminentia, quibus occurrentes flatus cum nequeant transilire, necessario repercussire resiliunt, sicuti in Macedonia vsu euenire obseruatum est; vbi Boreas, Boreæ aduersus difflare animaduertitur, mōtium supercilijs, & Olympi imprimis, & offe reiectus, sed quid moror si omnia attingere voluerō, finem nunquam sum facturus.

## De Ventis qui à Mari, & Aquis spirant.

### Cap. VIII.

**P**ELLAGIOS Ventos appellauit Galen. lib. de semine, qui ex Mari, & Pellago proficiscuntur, nam in Mari quasi semper generatur Ventus ob cōcussionem aquarum, vel quod proprium videatur aquæ, vt in profundo Maris sit flatus, & aer, & non solum in Mari, sed & in omnibus aer est actu, ex Galen. 8. de Placitis Hipp. & Platonis, & hoc solum aeri competit quod sit vbiq; actu, & propterea aliqui voluerūt aerem solum esse elementum, vt Diogenes, quod si vellemus, & alios insequi, diceremus aerem etiam esse in Cœlo, sicut dixerunt Stoici, & Plato, nec non & eminentissimus Poeta sexto Æneid.

*Principio Cælum, ac Terras, camposq; liquentes,  
Lucentemq; globum lunæ Tuoniaq; Astra,  
Spiritus intus alit &c.*

Quamuis interpretentur alij non de aere, sed de anima, siquidē non defuere, qui crediderint Sydera omnia animata esse, vt Philoiudeus, Origenes, & Hier. exponens illud Ecclesiastę, Girans girando vidit spiritus, & in circuitus suos reuertitur, sed ad rem, in igne etiam aer esse videtur; cum ignis nil aliud esse appareat, quam feruor aeris propter itaque statum hunc in profundo maris existentem potissimum excitantur maxime Venti qui à nostris Altani dici solent, & dicebat Guglielmus de Cochis in sua philosophia, & Gregorius Reisch (vt omnibus qui suum est reddam) ex concursu Marium non solum collaterales, sed & principales Ventos excitari, qui quidem flatus non semper ad nos veniunt, sed in ipso Mari finiunt plerumque, ac desinunt, sinuales vero vocant, qui iuxta flumina fiunt, vel qui ex sinu quoppiam euaporat, quos Eccolpias appellari scribit Rod. sed crediderim potius esse quemdam aeris motum, quàm Ventum; Nam manifestè conspicitur, si aer vibratur concutitur, vel rarus efficitur statim auram quandam Vento similem excitari, aer enim multis mouetur modis primo ratione anhelitus inspirando, & respirando; Secundo cum flabello aerem mouemus, vt reddatur frigidus æstiuo tempore: Tertio ex casu alicuius domus, vel alterius rei: Quarto vi ignis, vt cum accenditur res aliqua, statim mouetur, nam tunc rarefcit, & accurrit. Quinto est motus aquarum, iuxta quas semper percipitur aura quædam similis illi, quæ antelucano tempore solet excitari, ex solis accessione, aere rarefacto, vel virtute eiusdem Solis exprimente aerem, ipsumquè pulsando, & impetu scandendo, sicq; aurã antelucanã ciendo, quam si exorto Sole permanserit, & noua exhalatione concomitante Venti orientalis tenet partes, & hæc de Ventis, qui à Mari, & aquis spirant de quib. Catullus.

*Hi, qualis flatu placidum mane matutino.*

*Horrificans Zephyrus procliuas incitat Vndas*

*Aurora ex oriente, vagi sub lumina Solis.*



## De Ventis, qui à Terra spirant.

## Cap. IX.

**TERRANEI** Venti duplices sunt, vel enim à terra ipsa cleuantur euentata: vel à speluncis, Antris, Cloacis, & Scrobibus, quæ mortiferum spirant halitum, & Charonias dicunt, vt patet de spelunca puteoli in Agro Neapolitano, ex qua spirat ventus, qui verè potest dici Charonius, qui Ventum cum increbescit fiunt febres pestilentes, nam congregatur quandoq; materia illa, & exit tanquam fumus, vel ignis, qui quidem circum circa omnia comburrit, & destruit. Vnde testatur Cecilus in epistolis, quod & probat Suetonius, & Eusebius, imperate Tito montem Vesuum propè Neapolim in Campania (his enim mutato nomine hodie Mons summa dicitur) aliquando conflagrasse, & tantum incendij ex se emisisse, vt vicinas Regiones, & cum hominibus Vrbes exureret, de quo etiam Papinius testatur:

*Non adeo Vesuius apex, & flamma duri*

*Montis hyems tepidas exhaustit ciuibus vrbes*

Hic Mons Plinium rapuit, consimilis etiam materia exit ex Monte illo Sicilia, qui dicitur Æthna, & idem facit, quod ille puteoli, & peius vnde Empedocles referente Strabone ab eo ventorum sumebat inditia, quare si spiraturus est Auster, nebulosam circa Insulam effundi caliginem dicebat, adeo vt longe Sicilia cerni non possit: Flante vero Borea puras flammæ ex eo cratere altius extolli, ac maiores emitti spiritus: Zephyrum autem medium quendam tenere ordinem: Vnde Statius de Æthna dicebat quinto Teb.

*Vbi ignifera fessus, suspirat ab Æthna mulciber.*

A lippara etiam vna ex Aeolijs insulis egreditur fumus ille, & ideo Siluius Italicus lib. 14. dicebat:

*Nam lippara vastis subter de pacta caminis*

*Sulfureum vomit exetho de vertice fumum.*

Et Plinius de Charonijs flatibus in hunc modum scribit lib. 2. Nat. Hist. cap. 93. spiritus lætales alibi, aut scrobibus emisti, aut ipso loci situ mortiferi; alibi volucris tantum, vt Soracte vicino Urbis tractu; alibi præter hominem cæteris animantibus nonnunquam & homini, vt in Sinuestano agro, & puteolano sunt, quæ spiracula vocant; alij

Charonias

Charonias scrobes mortiferum spiritum exhalantes. Hæc Plin. Strabo in 14. Charonium Antrum vocat, & in Asia non procul ab Vrbe Acaracha nomine, situm scribit, sed fortè non ingratum erit eius subiecisse verba: In via inter Traleis, inquit, atque Nissam, cuius est Nissaensiu non procul ab Vrbe Acaracha, vbi Plutonium esse luco sumptuoso circumdatum. Item Plutonis, & Iunonis delubrum, & antrum Charoniû natura admirabile, quod luco imminet tradunt Ægrotos, qui horum Deorum curis vocant Eo, proficisci, atq; in vico specui vicino apud sacrorû Peritos immorari, qui pro eis indormientes curas ex insomnijs capiunt; ij Deorum remedia inuocantes, sæpè illos in Antrum ducunt, vbi tanquam in cauerna manentes multos dies & quieti, & ieiunij exsudent, nonnunquam ægrotantes proprijs insomnijs intèdunt ductu, & consilio Sacerdotum; locus hic cæteris pestifer est, & inaccessibleis, hæc Strabo, & Pomponius Mella scribit: Antrû est, à quo adeo pestifer exhalat halitus, vt omnia animantia terrestria, & volatilia interficiat, & propterea ad multum spatium nullum reperiri habitaculum. Scribit Dion Cassius, & hos Ventos, ex baratris spirantes morbos generare. Scribit Hipp. lib. de morbis vulgaribus quoniam aerem contaminant, & sunt exitiales tanquam si prouenirent à Charonte dicebatur autem ab antiquis porta Charonia, per quam Rei ducebantur ad mortem, vt ait Io: Baptista Montanus. Terranei, qui à Plinio dicuntur Altani lib. 2. Nat. Hist. cap. 43. à Terra consurgunt, eamq; humectant, vt nos docet Aristot. in lib. cui de Mundo titulum apposuit, hos Ventos matutino tempore in primis spirare Theophrast. prodiit, vapore refrigerato, qui si ad Mare pergunt Appogei vocantur, & cum è Mari redeunt Troppei, & hos vocauit Nicolus auras, quæ non differunt à Vento, nisi secundum magis, & minus: est apud Poetas aura Ventus suavis, vel dulcis, qui cum talis, vt plurimum iuxta aquas percipiatur, ideo Pellagios Ventos auras vocauit Nicolaus Florentinus, ex Ventis itaque qui à Terra spirant, quidam sunt proprij, & peculiare quorundam Regionum, vt Chencrona qui est ventus proprius, ac peculiaris eorum, qui Phasim accolunt, & est de genere Austrinorum, vt refert Hipp. lib. de aere, aquis, & locis, & Attabulus Apulis est familiaris; teste Horatio primo sermonum Satyra quinta.

*Incipit ex illo Montes Apulia notos  
Ostentare mihi, quos torret Attabulus,*

Et de hoc Vento dicebat Plin. si flauerit circa brumã frigore exurit arefaciens, vt nullis postea recreari possint solibus fruges, & fata, cui assentit Guglielmus de Conchis, & Porphirio cū dicat; Attabulũ Vẽtũ esse in Apulia feruentissimũ, inferrentẽ nocumentũ, & pestilentia, Certis tamẽ Montibus tantũ notus, & pestilẽs vnde vocabulũ inditũ, Siculis verò Carbas est peculiaris, quo Vẽto cū Agrigentini vehemẽter infestaretur illũ auertisse Empedocles dicitur circũ positus Vrbi pelibus Asinorũ innumeris, & propterea nũcupatũ Collysanemã hoc est Venti inhibitorẽ vt Veteribus proditum est. Sciona Atheniensibus est peculiaris, hũc Caurũ esse scribit Strabo lib. 9. hũc aliqui Scyrõ appellant, & est Vẽtus parũ ab Argeste deflexus, qui cū sit Atheniẽsibus familiaris reliquis tñ partibus Greciã ignotus existit, & Pamphiliã Cagneus, & Calabris. Iapix flat ab occidentali plaga, vt inuere videtur. Virgil. cum dicat Cleopatram è nauali prælio fugientẽ in Ægyptũ vento. Iapige ferri, & olimpias Eubois, cui tantã facultatem tribuit Plin. in ea Prouintia, qualẽ in Apulia Attabulo inesse dixit, in Germania Occidentali Fauonius frequenter flat, & iuxta Mõtes Ripheos Septẽtrio, & Circius in Gallia cui edificia quassanti tñ in cole gratias agunt, tamquam salubritatem Celi sui debeant, & propterea Iulius Cæsar templum illi cum in Gallia moraretur vouit ac fecit, vt refert Seneca, & hæc de Ventis Terraneis dicta sufficiant.

## De Ventis, qui certis anni temporibus perflant. Cap. X.

**H**ABENTIBVS Spherã obliquã duo solstitia esse itidem & duo Æquinoctia norũt oẽs, qui vel mediocriter Astrologiã degustarunt, idcirco secundũ hæc quattuor anni tẽpora, contraria tñ quasi ratione, Ventos perflare scripsit Arist. Metheoror. secũdo, vbi dixit: secundũ tẽpora contraria flare Ventos contrarios; Vt in Æquinoctio vernali, hoc est; dum Sol ingreditur primũ punctũ Arietis flat Cecias, & vniuersaliter, qui vltra tropicũ æstiuũ; circa verò Æquinoctiũ Autumale Aphricus; circa versiones estiuas Zephyrus; ad brumales verò versiones Eurus quã opin. insecutus est at Virg. voluit Zephyrũ vere perflare; dũ dixit:

*Vere nouo gelidus canis cum montibus humor*

*Liquitur & Zephiro putris se gleba resoluit,*

G

Depresso

*Depresso incipiat iam tunc mihi Taurus aratro  
Ingemere &c.*

Cui Plin. secundo naturalis Hist. cap. 47. ad stipulari videtur cum dicat in principio Veris Fauonij hybernum molliūt Cœlum, & proinde ab aliquibus à die sexto ante Februarij idus vsque ad septimum Cal. Martias Chelidonia vocari scripsit; ab Hirundinum apparitione, quod ijs diebus Hirundines primum conspici incipiant. sicuti & orithiam vno & septuagesimo die, post brumam, ab aduentu auium, flantem per dies nouem: insuper xv. die a solstitio æstiuo Boreas. xv. à Solstitio hyberno Auster spirat: Ad hæc Auster vere hyemeque incipiente, & autumnio finiente flat; Præterea Venti hyeme circa Auroram spirant non autem vespere, æstate vero è conuerso: certo etiam tempore flant Prædromij, & Ethesiæ ab annuo flatu nomine indito, nempe circa caniculæ exortum; Predromij enim idest præcurrentes antecedunt, per octo dies; Ethesiæ vero, Syderis ortum subsequuntur flant quæ per xxx. dies, & ab Aquilone spirant suauiter, ij non patiuntur nubes consistere apud nos, Indiam tamen, & Ethiopiam continuis per id tempus irrigant aquis, vt scribit Beluacensis Speculator in speculo naturali, & quoniã apud nos mites & suaves sunt, propterea somniculosi à Nautis, & delicati vocatur, qui ut ait Gallio, manesciunt surgere; & post hos Austri frequentes perflant, vsque ad arcturi Sydus, hoc est: vsque ad principium Autumnii, cuius ortus est xi. diebus ante Æquinoctium autumnale, vt voluit Plin. & est Autumnii principium, vt refert Gal. lib. 1. de morbis vulgaribus Com. 1. & 2. nequaquam autem hyemis, vt censuit Probus; cui nulla in his rebus adhibenda fides, cum fuerit purus gramaticus. Sed ad rem forte Austrii flatus anniuersarij sunt ij, de quibus Pub. Higidius in lib. 2. de Ventis meminit dicens: Austri anniuersarij secundo Sole flant, & Æthesias hos quoque vocauit, autore Gellio, quorum Æthesiarum nomine omnes anniuersarios flatus venire existimo, cum dicat Plin. Ethesiæ, cum à bruma spirauerint, Orithiæ dicuntur, sed leuiores, & paucioribus diebus spirant; & flatus Ethesiarum in Asia, & Hispania esse ab oriente, & ideo Strabo lib. 3. Subsolanos vocauit in Ponto ab Aquilone, reliquis in partibus à Meridie Ethesiæ èt sunt illi venti, qui veniunt per loca deserta valde calidi, quos Auic. Assaminos, alias Assamahunos vocauit, idest molestos, malignos, & præfocantes maxime in quibusdam regionibus; vt in Cypro, quo ad regiones nobis cognitæ, &

sunt

sunt veluti de genere fumorum, & in spatio signa efficiunt torrefacencia similia igni; quoniam cum sint graues accedit eis siccior accensio, & combustio, & subtile separatur, & qui graue est descendit in q<sup>o</sup> existunt combustionis, & igneitat<sup>is</sup> reliquæ, & flant secundum plurimū temporibus calidis, & maxime tēpore Canis, & proprie in vltimis viginti diebus Iulij, & viginti prioribus Augusti, vt inquit Nicolus, & Iacobus à Partibus. De hñoi flatib. aduentib. legimus apud Marcū Polū lib. nauigationū. Huius generis sunt etiā venti illi qui eleuantur, vt scribunt qui res indicas tractant ex arena in planitie Ormus Ciuitatis in litore Oceani indici; in hac enim per æstatem quotidie ab hora diei tertia, vsque ad meridiem ventus excitatur adeo Æstuosus & vrēs, vt homines suffocet respirationem impediendo quare factum, vt pro remedio habitatores cum primum flatum persentiunt in fluminum aquis se mergant, donec flatus noxius totus spiret: vtcumque tamen sit; Ethesias ab Vr̄sa spirare dixit Arist. & motu quiescere, vt potè: qui sidus sub terra sit, vt ait Ringelbergius; & interdū spirare: à tertiaquē diei hora exoriri. Post Ethesias crebri Austri, vsq; ad Sydus Arcturi, qui xj. diebus ante Æquinoctium Autumni oritur, & de anniuersarijs ventis dicta sufficiant: de quibus si plura requiris, lege Blondum lib. de nauigatione, qui te docebit de ventis, singulis mensibus spirantibus, cum ex natura temporum, tum ex ortu Syderum, & collumellam lib. xij. cap. secundo.

## De Ventis repentinis. Cap. XI.

**D**ICEBAMVS superius Ventos repentinos vocari, qui neq; à certa Celi plaga aliqua, neq; statis anni temporibus spirare solent, quiq; suo impetu Turres euertunt, Nauigia frangunt, euellunt, ac truncant Arbores, prædia vastant, Nemora sternunt, franguntq;, rupes rapiunt, multasq; domos ruinis opplent, repentēq; oriuntur ac repentē desinunt: quorum quattuor potissimū genera ab Auctoribus memorantur sñ formæ diuersitatem, Nā ab eadē fiunt causa, & sunt Ecnephas, vel Procella; Typhon, vel Vortex; Turbo, & Prester. De quib. omnib. (vt nihil intactū relinquamus) sigillatim dicemus Procella itaq; quæ à Græcis vocatur Ecnephas, est qñ ventus erūpens, late dispergit nubem

ficcam addit Plin. & ideo dixit: non fit niualis Ecnephas, nec niue iacente, tantoq; impetu inferius descendit, vt non halitus, sed immēsum pondus deorsum ferri videatur, ob idque in Mari naues obruit, atque demergit: Vortex autem, qui & Typhon dicitur, est cum flatus arctiorri errumpit spatio, & impetu magno voluitur in circulum, & hæc est præcipua nauigantium pestis, non antennas modo, verum, & ipsa nauigia cõtorta frangit, & in imum sorbet, hic plurimum viget in Sinarum sinu; Turbo vero à turbando dictus, quod omnia quæq; turbet, est quando halitus errumpens latè spargit Nubes, vt Procella, sed minus altè, & latè, nec sine fragore: & Turbinem à vortice sunt qui non separant: vt Isidorus, & Seneca; Isidorus enim Turbinem dicebat esse Ventorum volubilitatem, quoties Ventus à Terra consurgit, & Terram in circuitu mittit, & Seneca, colluctationem plurium ventorum inter se flantium esse asserit, & circa Terras concipi, & ferri; Et ideo arbuta radicitus euellit, & in quemcunq; incubuerit solum, ipsum denudare Siluas, & Tecta dissipare, & diruere, & fit in Æstate tempore Tonitru, & ideo significat tonitrua secutura infra paucos dies, quod si fuerit magnus, & fortis, fortè non præcedet tonitrua, nisi vna hora, vel duabus, vel fortè in parte vnus horæ, & si fit in hyeme, fit tempore niuis, cum niuosæ nubes vt plurimum habeant in se spiritus aereos, & non durat, nisi per paruam horam, vnde manifestè errant, qui dicunt generari ex Aquilone, vel Austro, nam si veniret à dictis locis flaret per totam vnã regionem, & non tantum in vna parte vnus campi parui, & incidens in Terram Turbo non solum linum, stuppã, & paleam eleuat, sed frequenter secum rapit in altum aliqua corpora; quæ postea iterũ ferruntur deorsum exsiccata omnino, in Mari etiam quandoque eleuat naues, & quandoq; magnam aquæ quantitatem, & proijcit eã in locum valde remotum, etiam ex terra lapides, ac alia animalia, & paululum erepta dimittit, nec solum ea, sed plumbea tecta templorũ, ac ædium diuersarum, immo, & fortissima tigna, quæ ad acra rapit, atque alio accedente spiritu, vehemētiore transfuchit in spatia longiora, sepius etiam integra molendina Ventorum, cum ingentibus faxis turbine inuoluta saluis hominibus in loca remota euehũtur, vt refert Olaus; immò adeo ingens turbo descendit, teste Vinc. in speculo Historiali lib. 25. cap. 87. & lib. 26. cap. 26. vt Vrbes, Castella, & Villas inuoluens tecta lógius (vt dictum est) ad campos dispergat. Etiam narrat Author fasciculi temporum, temporibus Alexand. II. Pontificis, in

cis, in Anglia fuisse furorem Ventorum, qui 600. Domos Landouix confregit; & Turbinis Procellarum vè quarumcunq;, dicit idem Vincentius Speculator in Speculo naturali; mira velocitas est, sed mira breuitas, cum nemo tota die viderit, sed ne horam integram illum durare, nulla enim tempestas perdurat magna, sed tempestatù procellè quanto plus habet virium, tanto minus temporis, & semper nubibus inferior, altior vtique nunquam. Hinc colligere possumus non vltra 40. stadia in altum ferri, cum non vltra ascendunt nubes, vt inquit Possidonius, licet Albertus quarto introductorij authoritate Philosophi nō vltra 16. stadia à superficie Terræ nubes eleuari scribat, cui consentit Seneca in lib. quæstionum naturalium; Præster autem vocatur idem flatus, qui per aera fertur ardens, & accensus, contacta vrens, pariter ac perterrens, & idcirco ab aliquibus ignis Diluuium est appellatus, si vero torrentium modo ruat, nubibusq; includatur flatus, Tonitrua, & fulgura ædit; At enim flatus, qui cum aqua tumultuosè profusa, inhorrentes, & fragosi feruntur, Exhidixæ ab Aristot. dicuntur. Quicumque vero in rectum perflant, Euthipnoi nuncupantur; at qui in sua se reflectunt primordia, vt Cæcias reflexi dicuntur. Ex violentis autem flatibus Cathegis est, desuper pulsans cum fragore, Phylla verò, flatus est cum tumultum valido efflans, & inter flandum, profultandumq; vehementer stridens; Lelaps autem, & Strobilus, est flatus reuolutus ex inferno loco sursum versus Anaphisemata Græcis flatus dicuntur (teste Apuleio) qui de fundo, vel hiatibus terræ explosi ad superna Maris solent deuenire, Ventum vero prosperius flantem, Homericæ dicas Plesistium, id est vela implentem; Et Præster differt à fulmine, quo flamma ab igne; Hic conglobatur impetu, ille latè funditur flatu, Vortex distat remeado à Turbine, quo à fragore stridor; Procella differt ab vtrisque, latitudine disiecta potius, quam rupta nube, & qui plura requirit, legat radigitium, & Olaum magnum lib. primo cap. xj. & in primis, ex hoc cap. discat quam verissimum sit adagium, Venti gaudia ferunt, vsurpatum in eos, qui frustra letantur, cuius meminit Virgilius decimo Æneid. his verbis:

*Nec ferre videt sua gaudia Ventos.*



## De sex mundi positionibus. Cap. XII.

**N**E diligens lector in hac parte me negligentem dicens, quid sibi dextrum, quid uè sinistrum ante, & retro, sursum, & deorsum in mundo ignoraret, & quorsum quis uentus vergeret ad dextram, vel sinistram eum lateret. Placuit hoc in loco de sex mundi positionibus differere, verum cum quæstio hæc de Mundi partibus aliquid contemplationis habeat, ob opinionum diuersitatem, idcirco à me paulò altius erit exordium, Prisci philosophantes vnumquodq; corpus animatum, & ad locum mobile hæc habere partium discrimina animauerunt, hinc Pitagorici omnium primi cælum scrutando, ex eo quod animatum dixerint, in eo dextrum, & sinistrum posuerunt, vt refert Albertus in 2. de Cælo, quod si dextrum habet, & sinistrum, neccsario habebit etiam sursum, & deorsum, ante, & retro, vt demonstrauit Philosophus 2. Cæli septimo; Veruntamen sciendum est. quod & si Cælum dicatur animatum lib. citato, à Cõmentatore com. 13. & 2. de substantia Orbis, & à Platone in Epinomide, in Thimeo, & in lib. de legibus x. Anima tamen eius differt ab anima nostra rationali, siquidem hæc coniugitur corpori per formalem vnionem, & substantialem informationem, & cum eo rem vnã componit, quamuis etiam separatim possit consistere, illa verò per virtutem tantum Cælo vnitur, ac ipsum tangit, nec rem vnã cum eo componit, Sed sunt res duæ cum tamen illi adhereat, ac assistat, vt propter hoc, secundum rei veritatem nequaquam Cælum dici debeat animatum, nihilo certe magis, quam Nauis dici possit animata, eo quod in se habeat Rectorem Nautam, cum Cælum, neq; vegetatiuam, neq; sensibilem, neq; rationalem habeat virtutem, & propterea dicebat Auer. 2. de substantia Orbis; Cælum non indiguisse huiusmodi virtutibus, sed tantum anima mouente ipsum in loco semper, virtute, quæ non sit corpus, neq; in corpore; quare cum Cælum talem habeat virtutem, vt moneatur ab agentibus intellectualibus, hoc est ab intelligentijs motricibus, conuenerunt omnes in hoc, vt in Cælo ponendæ essent huiusmodi positiones, verum in eorundem assignatione, sex potissimum reperio opiniones inter se ex diametro oppositas; quarum prima fuit Samij illius Pythagoræ (quo viro in tota Græcia neq; meliorem fuisse, neq; doctiorem haud iniuria profe-

perfectò putandum est) & post eum Platonis, & Arist. ponentiù dextrum in Oriente, vtpote quod ibi sit principium motus, & ideo dextrum quoque in Animalibus dicimus, vbi prius incipit motus; constat enim omne Animal perfectum, dextrum prius proferre pedem, inter ambulandum, & sinistram pedem non refferri ad motum, nisi per accidens:trahitur enim pes sinister ad corpus sustentandum ne decidat, quare Lactantius in lib. de opificio Dei: dextram partem masculinam vocauit, sinistram vero foemininam; quod & confirmauit Camperius in quinto sui propugnaculi, quocirca sinistram in occidente ponunt hanc opinionem sectantur Cosmographi, & Geographi perpetuo polum intuentes, à quo suas capiunt eleuationes, quo fit, vt secundum hanc positionem anterior pars sit Septemtrio, posterior Australer siue Meridies; Altera opinio est Cleomedis, quam ab Ægyptijs videtur accepisse; ex Plutarco in lib. de Iside, dicebat enim ipse: in globofo Mundo locus imus intelligitur, qui medius est in quem nutu suo vergant omnia, supremus verò, qui medio vndique incumbit, Antica mundi dicuntur, quæ ad occiduas orbis partes proclinantur quoniam illuc adruit motus, posteriora orienti relinquuntur, quia inde feratur ad occasum, ex his porrò consequitur liquido; vt dextras habeat septentrio, sinistras Meridies, hanc opinionem insecuti sunt Poetæ omnes, siquidem totum emispherium ab Æquatore, ad Aquilonem vsq; dextrum alterum verò illis sinistram dicitur. Vnde Virgilius de Zonis sermonem habens, Georgicorum primo Arctoum dextram, Austrinam leuam intellexit: dum inquit.

*Quam circum extrema dextra, leuâq; trahuntur*

*Carulea glacie concreta, atque imbris atris.*

Quem imitatus est Ouidius primo Methamorphoseos.

*Usque dux dextra Calum, totidemq; sinistra*

*Parte secant Zona, quinta est ardentior illis.*

Verum expeditius, & clarius Lucanus Poeta egregius ratione vmbrae ( solem enim insequuntur Poetæ ) expressit; dum de Arabibus Romam venientibus, in auxilium Pompeij, miratis vmbrae austrinas mutatas in arcticas, sic cecinit:

*Ignotum Vobis Arabes venistis in Orbem,*

*Vmbrae mirati Nemorum non ire sinistras.*

Verum pro maiori intelligentia horum versuum, & vt Rodiginio satisfaciamus, cui interpretatio Io: de Sacrobusto utique in hac parte  
semper


semper hæsit, ideo sciendum Arabes non simpliciter miratos esse, umbras Septentrionem petere, hoc est dextras; cum & ipsi in Arabia tales umbras quandoque fuerint experti, nempe Sole Capricornum agēte: siquidem Arabia Fœlix à qua maxime recedebant illi, qui Romam venerant; sita est inter tropicum Cancræ, & Æquinoctialem circulum à parte Septentrionali, at qui torridam incolunt Zonam, habent hoc peculiare, ut quattuor umbras experiantur, & perpendicularem, secundum variam Solis positionem, in signis Zodiaci in annuo cursu; quoniam ut inquit Sacrobustus: Arabes in propria regione habebant umbras, modo dextras, modo sinistras, modo Orientales, modo Occidentales, modo perpendiculares; verum postquam egressi fuere tropicum Cancræ, nō amplius habuerunt umbras sinistras, hoc est ad Meridiem tendentes, seu continuo umbras dextras, id est Septentrionales, & de hoc mirati sunt valde, quare videat Rodiginus authorem Spheræ in utramque aurem non dormitasse, dum hæc Lucani carmina exponeret ut illi videtur tribuere, collocant itaque Poetæ hominem versus occidentem inspicientem, & secundum illius hominis positionem, sex Cœli, & Terræ positiones constituunt, ante in Occidente, retro in Oriente, dextrum in Septentrione, sinistrum in Meridie, sursum in Zenith, deorsum in Nadir, ut Astrologorum barbariem insequentium verbis utar, tertia opinio, est M. Varronis in sexto latinæ linguæ fragmento qui sic Mundi partes constituit, ut Antica Meridiem spectent, Postica Septentriones, dextra Occasum, leua Orientem, & hanc disciplinam amplexatus est Plin. dum de Cœlo in Occasum tendente sic dicebat; errantia signa contrarium Mundo agere cursum, id est leuum semper illum in dextram præcipiti, & comprobatur hæc opinio ab Alcino in lib. de Platonis doctrina, & à Tuscorum disciplina observationem hanc profluxisse testatus est Rodiginus, antiquarum lect. lib. 1. cap. 9. hanc etiam positionem insequuntur Astrologi omnes; quamvis non hanc, sed immediate superscriptam fuisse Astrologorum opinionem, dicat Vesputius, in tertio de Sphæra cōmentario, & male iudicio omnium, Astra sequentium: Pet. enim Appianus summus Mathematicus & exquisitus Astrologus, in suo Astronomico, Cæsaribus Carolo V. & Ferdinando dicato, non secundum illam, sed hanc tertiã tamquã verè Astrologicam comprobat; sicuti & Ringelberius instit. Astronomicarum lib. 1. & Hier. Montuus in lib. de salubritatis Tutella; dum dixit, dextra Mundi pars Astronomis occidua est, Geographis Orientalis,

talis, Poetis Septentrionalis inauditur, & confirmatur autoritate Petri  
 Apponensis, Viri doctissimi, & in omni scientiarum genere consumatissi-  
 flimi 26. probl. com. 31. dum inquit: pars dextra, secundum Astrologos  
 dicitur pars ultra equatoré, sinistra citra, quod nil aliud est, quam quod  
 in Astrorum contemplatione, Meridiem respiciunt, quare qui studio  
 Astronomico incumbere volunt, vel saltem non vanam instituunt illi  
 operam nauare, perpetuo Meridiem intueantur oportet, sic enim re-  
 ctius perdiscet, & promptius tenebunt, cum Astrologi potissimum velo-  
 cissimum Syderum inuestigetur cursum: quod neque otius, neque expedi-  
 tius habere possunt, quam in Meridie versi; neque clam te sit Cosmogra-  
 phiæ incubiturum, vt semper Septentrioni intetus sis, siquidem in in-  
 strumentis Cosmographicis, sedulo animaduertitur Septentrio; vt Poli  
 altitudinem habeas, & sicuti cum Geographis dissident Astrologi, ita  
 cum Poetis discordat Theologi, id enim quod Theologis dextrum, Poetis  
 est leuum, quonia Theologi res diuinas peragentes, ortum suscipiunt:  
 quod manifeste patet de Altaris maioris in Ecclesijs collocacione, &  
 de Corporis D. N. I. Christi, in medio eiusdem positione, quod nulla  
 alia ratione id factum, nisi vt adorantes versus eam partem, que primum  
 illuminatur, Orientem. s. vergant se, & ideo Iohanes Beletus in suo ra-  
 tionali diuinorum officiorum cap. 3. de Altaris ædificatione in Ecclesijs  
 dicebat: non solum bonum est, sed omnino necessarium, vt Altare maius  
 ædificetur, versus Orientem, hoc est versus Solis ortum æquinoctialem  
 (nosti enim triplicem esse ortum, triplicem & Occasum Æstiuale, Æqui-  
 notialem, & Hyemale) nec vero contra Æstiuale Solstitium, vt non-  
 nulli volunt, & faciunt, Altare enim est nobilior pars Ecclesiæ, orantes  
 igitur Orientem versus se conuertere debent, vt inquit diuus Antoni-  
 nus Florent. in tertia parte suæ summæ, pº. propter iudicium vniuer-  
 sale quod nobis manifestatur in motu Cœli, quia est ab Oriete, secun-  
 do propter Paradisum ad Orientem constitutum, quasi quæramus ad  
 Paradisum redire, tertio propter Christum, qui est lux, & Oriens no-  
 minatur Zacharias sexto, & ab Oriente ascendit, & ab Oriente ex-  
 pectatur ad iudicium venturus vt habetur Mat. 29. & Iohanes de Turre-  
 Cremata addit, & quia in Oriente natus est Saluator Noster nobis, &  
 quia ibi initium habuit Euangelium, & per consequens salus nostra,  
 vide Iohannem de Silua in tractat. de beneficio in prima parte q. quin-  
 ta, & Cassaneum lib. 12. cap. 13. & non solum Christicolæ id obser-  
 uant, verum etiam apud Hebræos obseruari audio, siquidem, & ipsi  
 H Deum

Deum precantes ad Orientem se conuertunt, si vera referunt; cum dicat Rodiginus Moſem & Iudeos ad Occidua in adoratione se conuertere: Sed vteunque Christiana veritas est ad Orientem, secundum itaque hanc positionem, Oriens est pars anterior, Occidens posterior, Meridies est dextra, & Septentrio leua; quam positionem priscis etiam temporibus apud Augures in vſu fuisse video; vt testatur Liuius ab Vrbe condita lib. 1, dum inquit Augurum scientia dexteram ad Meridiam partes statuit, ad Septentrionem vero sinistras Quinta fuit opinio Empedoclis, vt habetur in lib. de Hiſt. Philoſophica, Galeno attributo; qui dexteram in aſtium tropicum: sinistras Mundi partes in Hybernia reiecit, hic enim non vniuerſalioribus Mundi partibus (cardines vocat) intendens Solis tantummodo curſum conſiderauit, & maiorem eius elevationem dexteram appellauit; maiorem vero depressionem ſinistram vocauit, quo fit vt non ad Polum mundi Arcticum, sed ad Polum Zodiaci, se conuerteret, & ab eo dextram, & ſinistram ſumeret cum Zodiacus sit nobilior pars Coeli; Verum haec opinio ab illa philoſophica, & cosmographica parum recedere videtur, cum tantum eorum aspectus variet ad inuicem per 23 grad. & ſcrup. 51. quae est distantia Polorum mundi, a Polis Zodiaci; Sexta opinio est Genethliacorum; quibus dextera Coeli pars dicitur illa, quae est supra terram, sinistra quae infra terram etiam pars illa Coeli, quae est ab aſcendente infra terram dextra, altera vero supra terram dicitur sinistra aſcendentis; ſicuti pars illa ab Oriente per Septentrionem, dicitur dextra Orientis, & quae per meridiem, sinistra Orientis, vt Scitè declarauit conciuſ meus Guido Bonattus parte tertia 2. tract. cap. 3. cum itaque tot, tantaeque ſint de mundi positionibus ſententiae, eaeque inter ſe ex diametro oppoſite, operæpretium me facturum ſum ratus ſi lectorè admonerem: vt perpetuo vbiunq; fuerit intelligat, videat, & memoriæ teneat, quattuor mundi plagas; Orientem, ſ. Occidentemque; Solem, Meridiem, ac Septentrionem, vt quorſum qui vis Vetus vergat ſciat, ac vt Philoſophis, Cosmographis, Aſtronom. Poëtis, Chriſticolis, Genethliacis, & omni hominum generi ex equo reſpondere & poſſit, & valeat quomodo autè id preſtare queat iam modo expoſuimus ſuperius cap. 5. non longe à principio, quare illuc recurre, nec te latere volo dextrum, & ſinistrum non vtiq; ſemper, prout ſunt differentiae loci, ab Autoribus ſumi; ſed quandoque metaphoriſce, vt patet in illo prob. 26. part. cur Fauonius ſerenus, & iucundiffimus Vetorum omnium est; ibi enim Comentator Apponetis dextrum, & ſinistrum, non capi pro loci differentijs, & positionibus, ſed pro metaphora

59

rappresenta quadam, nempe pro mansuetudine, & eius opposito, & rectè quidem vt patet intuenti, verum in tanta controuersia, vt promptè, ac expeditius rem memoriè mandes, & firmiter teneas, esto sequens figura, quæ omnes modos graphice rapresentat.



## De Ventorum proprietatibus, ac naturis Cap. XIII.

**D**ICTVM fuit superius ventos omnes ad duodecim, esse reducendos, eosque reduximus, cum ad memoriam tum ad doctrinam, nunc verò determinandum venit de eorum facultatibus, ac naturis: vt sciant medicinæ candidati horum omnium vim, & complexionem ad humani corporis tutelam, & conseruationem dirigere, & ne dum corporis, sed & animi, siquidem Ventos ad animi facultates momentum habere testatus fuit Galenus in lib. quod animi mores sequantur temperaturam corporis, ex Platone in quinto de legibus; nam vbi frequentes Ventorum, ac Turbinum sunt varietates, difficiles ac proterui homines reperiuntur. & dicebat Arist. secundo Metheororum; fieri maxime Ventos ab Aquilone, & Austro; quoniam Sol non attingit illa loca, hoc est; Septentriones, & Meridiem, fertur enim ab Oriente in Occidentem motu raptus, & à Septentrione plures Venti flant, quam à Meridie quia plus niuis, & aquæ reponitur in illa, quam in ista regione, inde virtute Solis maior fit exhalationum copia quo fit vt primo de facultatibus Ventorum Septentrionalium determinem.

## De Ventorum Septentrionalium facultatibus. Cap. XIII.

**S**ENTENTIA est Hipp. in lib. de dicta: Ventos omnes humectandi, ac refrigerandi naturam habere, tum animalium corpora, tum nascentia ex terra, & ob hanc causam Ventos spirare necesse est à niue, à glacie, à gelu vehemèti, à fluminibus à Stagnis, à Terra humectata, & perfrigerata, verum propter situm regionum, ac locorum per quem Venti ad singulas regiones accedunt, diuersi inter se fiunt, frigidiores, calidiores, humidiores, sicciore, morbosiore, & salubriore: hinc colligere oportet variam esse de Ventis apud Autores historiam, siquidem vnusquisque in propria regione naturam Ventorum, & proprietatem, ac complexionem rimatus est; & inferius subdit Hipp. Venti ex Mari in regiones illabentes sicciore, quodammodo sunt, qui verò à niue,

niue, glacie, stagnis, fluminibus procedunt, omnes humectant, ac refrigerant, tum plantas, tum animantia, & sanitatem corporibus exhibēt, qui frigiditate non excellant, Boreas itaque siue Aquilo; frigidus, & humidus spirat, quia progreditur, a talibus regionibus, meatq; per tales locos, ad quos non accedit Sol ipse, neque aerem resiccans humorem ebibit, ac exhaurit, quare ad Terram habitabilem, suā ipsius vim habens, ubi non per regionis situm corrumpitur, & ijs quidem, qui proxime habitāt, frigidissimus est, quibus verò remotissime, minime, nam quemadmodum nobis citra Æquinoctialem, & Torridam Zonam habitantibus; Auster calidus est; ita illis qui ultra eandem Zonā incolunt, Aquilo inter enim Macrobij placita ex secundo in somniū Scipionis habetur: Ventum Meridionalem, hoc est, Austrum, ita in origine gelidum esse, vt apud nos Septentrio; Verum, & si dixerit Arist. Ventos in principio minimos esse; procedentes autem longe validiores fieri, intellexit de vero principio, & Ventorum origine, quam difficillimum sentire, ac perspicere; quia a principio exigua est origo; tamen quandoque percipitur, ac sentitur in montibus siquidem solēt Venti semper alta petere, iuxta illud vulgatissimum adagium.

*Summa petit liuor: perflant alissima Venti.*

Verum cum aliquantisper processerit Ventus, quanto proximior fuerit initio, tanto erit validior, & ob id validiores sunt apud nos Boreas, Cirtius, & Chorus, Boreas enim violenti, & sonori flatu, nubes fugat, & serenam reddit aerem; aquam Zelu constringit, hunc Ouidius de se sic inducit loquentem.

*Apta mihi vis est, qua tristia nubila pello,  
Et freta concutio, nodosaque robora verto,  
Induro nubes, & Terras grandine pulso:  
Ideo ego quum fratres Cælo sum nactus aperto,  
(Nam mihi campus is est) tanto mollimine luctor,  
Vt medius nostris concussibus insonet aether,  
Exiliantq; cauis Elisi nubibus ignes.  
Idem ego cum subij conuexa foramina terra,  
Supposuiq; ferox immis mea terga cauernis,  
Sollicito manes, totumq; tremoribus Orbem  
Concutio.*

A Columellæ nubifugus dicitur.

*Nec tam nubifugo Borea Latonia Pheba*

*Purpureo*

*Purpureo radiat vultu.*

Diciturq; est Itriginetes Homero, id est Sudificus apud Gellium.

*Sudificusque simul Boreas mala plurima voluens.*

Dicitur est etiam Strimonites, eo quia refferente Isagora in Megaricis: Strimonis filius Boreas fuerit, & hunc Vétum appellat diuus Hier. Scopam viarum, seu scopiarium, quod difflando perpurget quicquid in via obiacet. Circius vero in Narbonensi Prou. Ventorum est clarissimus, & violentia nulli inferior, vt refferunt Cato, & Procopius, hinc est quod in ea ipsa Prou. & in Liguria, & parte Ethrurix contra Circiũ ferere imperitia existimatur: vt refert Plin. & eundem obliquum accipere prouidentia, licet celebratum sit in prouerbijs Hebreorum adagium illud, qui Ventos obseruat non seminabit, demonstrans quàm inutile, ac vanum sit id futurum curare, cuius humana mens nescia sit, & hunc Ventum Marcus Cato in lib. Originum, non Circium, sed Cercium vocauit, & Olaus Cœli, Terreque consurbatorẽ: siquidẽ cũ vehementiam susceperit, omnia rapit, concutit, ac vastat: ita vt narret Amianus Marcellinus in Assyria iuxta Anatham Urbem, quæ ab Euphrate circumlauitur, tantum huius Venti ingruisse vim, vt teçta dissiceret, Milites prosterneret, & alios longè defferret, & ob eandem causam in Noruegię occidentali latere, planitieque Scotiæ non esse Arbores testantur Olaus, & Nautæ hunc formidant Ventum ob eius fauitem, sed & forte eodem Vento Cambysis exercitus obrutus est, apud Strabonem lib. 17. sed relicto Circio (de quo si plura requiris, lege Olaus lib. 1. de ritu gentium Septentrionalium cap. x.) ad Septentrionem, quem Boream, siue Aquilonem Medici omnes nuncupant, & maxime Hippocrates, & Galenus; redeamus, dicebat Hippocrates in lib. de aere, aquis, & locis: Venti, qui ab Vrsis procedunt, perpetuo frigidi sunt à niuibus, glacie, imbribusque condensati, spirant enim à Ripheis montibus, qui à dictis montibus spirant, sunt Septentrio, Aquilo, vel Boreas, & ab effectu Galenus, non à loco, vt Hippoc. complexionem est rimatus: dixit enim pº de temperamentis; Boreas frigidus est, & siccus; quia refrigerat, & exsiccatur, & comprobauit auctoritate Homeri dicentis.

*Ut vero mentem desiccet protinus agrum,*

*Autumni Boreas.*

Et confirmatur ab eodem ibidem dicente: flante Borea qui siccus est, & frigidus natura, estque subtilis in substantia, ideo optime penetrat

trat in profundum, & cum penetrauerit, mos refrigerat, & siccat, vnde  
Mulieres exponentes pannos Aquiloni, ex siccant eos, & cum flant  
Venti huiusmodi maximum frigus, & penetrabile ad interiora sentitur;  
Vnde Poeta.

*Nec tenues pluuia, rapidine potentia Solis  
Acrior, aut Borea penetrabile frigus adurat.*

Et alibi.

*Nec madidos intret penetrabile frigus in artus.*  
Intelligens de Aquilone, qui subtilis maxime in membra corporis,  
penetrat, cumque frigidus sit, & ficcus, & subtilis, eo flante omnia,  
quã diutissime imputria durant, & propterea dixit Hip. in lib. de mor-  
bo sacro; Aquilonem omnium Ventorum saluberrimum esse, quod  
etiam placuit Aetio, Celso, & Plinio, est itaque septentrio Ventorum  
omnium frigidissimus, pariter ac siccissimus, omnes alios Ventos cõ-  
pessit, nubes abigit, & serenitatem inducit, maxime Europeis, & ideo  
Isidorus Aquilonem vocauit, quasi aquas ligantem, & ob id Virgilius  
vocauit eum clarum.

*Et claro syluas cernes Aquilone moueri.*

Lybicus vero oris imbrium est causa, & Aecolis, proximis gelidissi-  
mus, Remotis verò mitior, ab initio latis furens surgit, neq; mitescit  
nisi post triduum, constringit, ac densat, & superfluos succos consu-  
mit, membris robur addit, appetitum mouet; vnde Cassaneus lib. 12.  
cap. 14. dixit: se vidisse, quod quando diu flat ille Ventus, inducitur fa-  
mes, hinc vocari hunc Ventum à Gallis Biscam, alium adstringit; vri-  
nam prouocat, virtutem generatiuam augmentat, vnde dicit Arist. in  
4. de Animalibus, quod si in conceptione foetus Ventus fuerit Septen-  
trionalis, natus erit masculus, & si Meridionalis, erit femella; Aerem  
putridum, ac pestilentem sanat, & secum odorifera portat, sicut Austri-  
nus, qui humidus est, fert secum abominabile, & grauis est odoris: ex  
Isach in vniuersalibus dietis cap. 8. Item Boreas corpora validiora, vi-  
gentiora, & ad motus promptiora reddit, hinc est, quod omnium Ven-  
torum saluberrimum Aquilonem vocauit Hipp. dolores tamen ner-  
uorum inducit, & maxime matricis, & vesicæ, difficultatem vrinæ au-  
get, tussim, & costarum dolores, lateris, & pulmonis, efficit; horripi-  
lationes mouet, flores, & fructus lædit, corrumpit Vineas germinan-  
tes, & humores, exteriores, & interiores exiccat, & sua siccitate phti-  
sics nocet, dilacerando, & vlcerando pulmones; & de Septétrione, &

Ventis

Ventis Septentrionalib. dicta sufficiant; si hoc vnum addidero: Hyeme flare magnum, & quidem longo tempore. ex Hip. de morb. vulg. p<sup>o</sup>. cui consentit Pomponius Fortunatus in Columellam, dicens: Rhiphei Montes sub Septentrione vltimi, vnde credunt spirare Boream, qui maximas habet Hyeme vires is enim Boream cum Septentrione confundit, constat tamen ex Alberto magis, & frequentius spirare in principio Veris, & in fine Hyemis, quam in alijs anni temporibus, vnde dicebat Arist. quod Venti Boreales sunt magis Autumnales, quã Australes; quia determinate flant certis partibus anni, maxime xv. die post Solstitium Æstiuale, eodem Authore.

## De Ventorum Australium facultatibus.

### Cap. XV.

**S**ICVTI Ventorum omnium saluberrimus est apud nos Aquilo, ita & omnium pessimus est Auster, cum statione, & viribus contrarijssimi existant lib. de morbo sacro, est itaque Auster calidus, & humidus, p<sup>o</sup>. de temperamentis: scio tamen Galenum non negare aliquãdo (licet raro) Austrum frigidum exiguo tempore spirare, p<sup>o</sup>. enim epidemiorum: in nostra inquit habitatione Boreas quidẽ frigidus est: Auster calidus, nisi, si quando raro valde in Veris initio frigidus, aut alia hora exiguo tempore similis spirauerit, Leonicensus autem nititur probare: non omnem Austrũ esse calidum, sed qui remissius spirat, inquit enim: Auster, qui vehementius spirat; Boreæ naturam inducit, & cum hoc probare intendit, non de Austro, sed de Leuconoto probat, at quoniam hic Ventus non semper humidus est, videtur enim, vt scribit Gal. 3. in tertium epid. aliquando siccus esse, & ideo Leuconorum vulgus, Latini Caurum appellat. Homer. Argestennoton, eam ob causam vocauit quasi purum, & candidum Austrum, de quo Horatius.

*Albus vt obscuro detergit nubila Cælo*

*Sapẽ Notus.*

Quod imbris careat, quod etiam indicauit Hipp. primo Epid. describẽs flatum, qui totus Austrinus, & squalidus fuit, sed Leuconotus non est verus Notus, vel Auster, Austrum autem magnum non esse frigidum experimur nos, qui Æmiliam habitamus, noruntque ij,

qui

qui *Amilia* regiones proximiores incolunt à vehementi Austro, cum  
magno corporum, & annonæ detrimento, sepe numero calefacti. Aus-  
ter itaq; calidus est, & grauis, & dissoluit corpora, & eo fiante prius ex  
parte arboribus folia decidunt: Aedificia collabuntur, atq; ruunt, se-  
mina Curgulione, & venæ exeduntur: fructus putrescunt, floribus  
etiam inimicissimus est, ob violentiam, quam habet, decidunt enim,  
& tabescunt, terfa, ac diaphana corpora inficit, & vasa vinaria offendit,  
Vinum, & omnia obsonia corrumpit: vt docet Plin. vnde Horatius.

*At vos praesentes Austrico*  
*Coquæ horum obsonia*  
Solis etiam, Lunæque, at Syderum lumen reddit hebetius, & vt vno  
verbodictam omnibus rebus est veluti pestis; quare ab aliquibus nig-  
ger est appellatus, vnde Poeta.

*Nigerrimus Auster*  
*Nascitur, & pluuio conuulsus frigore Caelum*  
Hinc Diuus Hieronymus vocat ipsum pincernam pluuiarum, &  
Ouidius sic eum describit.

*Machidus Notus euolat alis*  
*Terribilem picea reclus caligine vultum*  
*Barba grauis, nimbis canis, fluit vnda capillis,*  
*Fronte sedem nebula, roram penaq; sinusq;*  
Et hoc sanè in Europa, in lybia vero, & serenitatis, & salubritatis  
est causa, si quidem Auster: vt refert Hipp. lib. de dietâ, à similibus  
Aquiloni natura regionibus spirat, fiat enim ab Australi Polo, vt à ni-  
ue multa, glaciæq; ac gelu, fortibus procedit necessario ijs, qui pro-  
pe ipsum illic habitant, talis spirat, qualis nobis Aquilo, verum non  
ad omnem similis accedit regionem, nam cum per Solis iter, & in me-  
ridie spiret humiditas ipsius à Sole ebibitur, & resiccatus rarefcit, qua-  
propter conuenit ipsum calidum, & siccum huc accedere, in proximis  
igitur regionibus necesse est ipsum calidam, & siccam exer-  
cere, & hoc sanè in libia facit, nam & terræ nascencia exarescunt, &  
homines latenter exsiccat, cum enim non habeat, nec Mare, nec flu-  
uium, vnde humiditatem accipiat ex animantibus, ac plantis humo-  
rem exhaurit vbi vero pelagus transit, tamquam calidus, & rarus exi-  
stens multam humiditatem aquirat, qua regionem in quam illabitur,  
implet: sicq; necesse est tunc ipsum humidum, & calidum esse, quem-  
admodum est apud nos, & ideo laxat, aperit porros, turbat humores,

sensus aggrauat, ac obtundit virtutem debilitat, pus in apostematibus,  
 & pruritum mouet, somnum prouocat, & caput replet, verrigines, sur-  
 ditates, neruorum, & totius corporis debilitatem inducit, calorem,  
 corrumpit, & ritudines faciunt reciduationem, ipso flante podagra,  
 commouetur, accidunt acutae febres, epidemia excitatur, epilepsia, &  
 omnia mala in corporibus humanis adducit, & in mulieribus Vene-  
 rem excitat, in Mari tempestatem generat, quia ab imò flat, vt dicit  
 Beda: in aëro densum aërem facit, nebulas mittit, pluias multiplicat,  
 & adducit sua humiditate, ex Isidoro; & vt summam dicam: Auster  
 nullum bonum facit, excepto dumtaxat, quod ventrem laxat, vt in-  
 quit Gordonius: licet Ioannes Anglicus, & alter Bart. Anglicus Ven-  
 tum meridionalem multas habere proprietates laudabiles scripserint,  
 dicentes: Ventus meridionalis est mollis, calidus, & humidus, pluię,  
 & roris ministratiuus, pororum terrę aperitiuus, germinum, & semi-  
 num productiuus, superficiei terrę renouatiuus, penharum veterum,  
 & plumarum in aëribus multiplicatiuus, humorum frigidorum, &  
 compactorum in corpore dissolutiuus, sudorum fumositarum, &  
 humorum superfluorum euaporantium prouocatiuus, reptilium, &  
 vermium terrestrium de inferioribus terrę eductiuus: addo ego &  
 aliud bonum ex Austro, & est, quod omnis materia medicinalis Au-  
 stralia loca potius, quàm Aquilonaria diligit: licet dicat Secretarius Flo-  
 rentinus cap. de Iride: Aquilonio Cœli statu, & efflatu, materiam om-  
 nem in omnes casus, meliorescere, constat tamen vsq; ad Galeni tem-  
 pora: potius ab Austro, quàm ab Aquilone omnem materiam medici-  
 nalem deferri, prout & nunc defertur, & expetitur, & dicebat Hipp.  
 lib. de morbo sacro: cum primum incipit flare Auster, aërem compa-  
 ctum liquat, ac diffundit, nec statim magnus spirat, sed lentus, & lenis  
 est quoniam aërem statim superare nequit, qui prius densus est, & com-  
 pactus, sed temporis progressu ipsum dissoluit; idem porro hoc ope-  
 ratur, & in Mare, fluuios, fontes, & puteos, & vt in vniuersum dicam:  
 quecunq; ex terra nascuntur, & omnia in quibus humor inest, hunc  
 ventum sentiunt, quod si in fine veris, vel in estate maxime flauerit,  
 plus omnibus ventis & ritudines inferre paratus est, vt inquit Monta-  
 gnana conf. 139. & de Australibus ventis: quos in Ægyptum penetra-  
 re negat Fabianus: dictum sit.

De

## De Ventorum Orientalium facultatibus.

## Cap. XVI.



**S**unt qui flatus, propria natura, humana corpora humectant, ij sunt, qui ab Oriente spirant, quorum princeps est Subsolanus, hic enim multa flumina, plurimos lacus, paludes immensas, latissima maria transuolitat, quare maxime fit humidus, praesertim in Italia, testibus Blondo, & Pontano lib. rerum caelestium v. qui de Vento Orientali sic inquit; Subsolanus, qui in ortu oppido quam est aridus, ingentissimos solet imbres diffundere nostris in Regionibus, quos colligit in aduentu ubi aerem crassum, ac valde humidum efficit, & replet corpora malis spiritibus: idcirco insalubris, ubi vero non pertransit lacus, stagna, flumina, ac Maria, est saluberrimus, & propterea Asiatici eo gaudent flatu, & ideo Venti Orientales, apud eos calidi, & siccifunt; calidi, quia sub Sole diu morante, siccif quod Mare Orientale est illis valde remotum, Vnde antequam Ventus Orientalis ad eos veniat, si quid humoris habet, totus vi Solis consumitur, & forte Auic. secunda primi non enarrat morbos contingentes in locis Orientalibus, sicuti prius egit in locis Septentrionalibus, & Meridionalibus, & post in locis Occidentalibus, videns loca haec temperata esse, & aeris sani, & clari, & proportionata sanitati seruanda, & non morbis introducendis, vt caetera regiones, quae de sui natura sunt multum distemperate, regio autem Orientalis veri proportionatur, quod inter anni tempora sanissimum existit: verum cum non ita sit apud nos, dicebat idem Blondus: vasa vinaria, & Vrnas oleo plenas flatum sentire Euri, permutantes proprium in alienum saporem; quod item facit in corporibus humanis grauiter ea inficiens, ac contabescere faciens, & Venti Orientales Occidentalibus diuturniores sunt, calidiores, ac tutiores; Occidentalibus. vnde Ouidius in Fastis,

*Luce secutura tutos pete nauita portus,*

*Ventus ab occasu grandine mixtus erit.*

Et Auic. l.º. citº de Venti Orientalibus. dicebat: Venti isti, si in postremo noctis, & principio diei flauerint, venient ab aere, qui iam temperatus est, per Solem, & subtiliatus, & eius humiditas iam fuit imminuta, ideoque sunt sicciores, & subtiliores, quod si in fine diei, & principio noctis flauerint erit res contraria; Vnde dicebat Bart. Angl. in lib. de proprietatibus rerum

Tex. x. quod etiam fluuia contra Orientem fluentia, & mare Orientale ingredientia, meliora, salubriora, ac clariora sunt, quia Ventorum Orientalium occurrence, & Solis Orientis reuerberatione; aquæ subtiliantur, ac deporantur, inquit etiam Ventos Orientales aquas clarificare, & eis saporem suauem administrare, nec non & corpora. Venti ij in sanitate custodiunt, propter suarum temperiem qualitatum, hinc & partes Orientales maxime floribus, & fructibus abundant, plusquã Aquilonares, & Occidentales, Gargias ab orto libello de Indorum aromatũ historia: flantibus Euris magnam copiam ambarum (vulgo ambragrifa, reperiri scripsit: in Insulas Comato, Demgoxa, Mosambicam, totumque tractum eijci è Maldinis Insulis, quæ ad Orientem spectant, verum flantibus Fauonijs copiose inueniri in Insulis, quæ vulgo de Madina nũcupantur corrupto vocabulo, cum Neledina dicendum esset, & hæc de Ventis Orientalibus dicta sufficiant.

## De Ventorum Occidentalium facultatibus.

### Cap. XVII.

**A**DVERSVS Subsolanum, Fauonium spirare dictũ est in superioribus; qui ex eo, quod omnibus rebus fouet, sic est appellatus; nam eo flãte omnis planta germinat, ac vegetabilia omnia in terræ visceribus ex eo concipiunt; & propterea dicebat Plin. Zephyrus Ver incohat, aperitq; terras tenui frigore saluber, qui quamuis sit naturaliter frigidus, & humidus, & plurius, vt sentire videtur Ptolomeus in quadripartito: quia tamen valde proximus est Italiæ, in frigidat quidẽ, sed non humectat, verum exiccat, & serenitatem parit, est itaque Ventus hic serenus, pulcherrima efficiens tempora, exillarans mortalium animos, & suauis aura mærorem pellens, in Nauibus cantum excitat, & prolis sæcunditatem suscitatur; vnde Claudianus secundo de raptu Proserpinæ lasciuum vocauit: siquidem eo spirante non solum prætis, & fatis, sed cunctis animantibus, ac ipsis etiam hominibus Veneris titillatio maior est, hinc Alchmeon Cupidinem Zephiri filium dixit: telluri etiam eo flante ex floribus ornamentum accidit, & virentia omnia hoc tempore saluberrima sunt, & dictus fuit rosidus Zephyrus à Callimaco in Apolline dicente: spirantis rore Fauonij, etenim Fauonium

uonium Ventum hunc dicunt Latini. Catullus quæ sic de Fauonio  
cecinit:

*quos propter Flaminius undas,  
Aura parit flores tepidi fecunda Fauonij.*

De Fauonio Princeps secunda primi sic scriptum reliquit: Ventos  
Occidentales si flauerint in fine noctis, & principio diei, venire ab aere  
in quo Sol operatus non fuerit, & sic grossiores, & spissiores esse, ve-  
rum si in fine diei, & noctis principio flauerint, erit res contraria, quia  
Sol in Occidente eos subtiliat, & depurat, cæterum inquit Bartholo-  
meus Anglicus in lib. de proprietatibus rerû: in Regionibus Occiden-  
talibus aquam mutabilem esse, & turbidam, tum quia nō habent per-  
fectè aerem temperatum in calore, & humore, tum quia in principio  
diei radijs solaribus non digeritur, nam in principio diei Ventus hic  
nimis est frigidus, in vespere vero calefcit, & hæc de quattuor Cardi-  
nalem proprietatibus dicta sufficiat.

## De Ventorum varijs effectibus:

### Cap. XVIII.

**T** si Ventorum cognitionem per sensum esse, cum lon-  
gitudine inspectionis, dixerit Aueroes in Tex. de Vētis  
secundo meteororum; cumq; mihi per Maria uagari,  
in quibus maxime fiunt Ventorum obseruationes, nō-  
dum licuerit; nihilominus vt huic tractationi aliquid  
deesse minime videatur, vniuersalia aliqua ex authoribus colligenda,  
& huic loco inferenda proposui, verum cum in præcedentibus, vbi de  
Ventorū facultatibus sermonem habuimus, multa sint ibi pertractata,  
quæ huc refferenda essent, attamen quedam alia subiungam, & cum  
Arist. dicim Ventorum alios calidos esse, alios frigidos, alios humidos  
alios siccas, alios niuosos, alios pluuiosos, alios nubilosos, alios gran-  
dinosos, alios fulminosos, alios æstuosos, alios serenissimos, & alios  
alio modo, frigidi itaque sunt Boreales, calidi Australes, & sub Bo-  
realibus, Occidentales Ventos posuit Arist. quemadmodum sub Au-  
stralibus Orientales, quos calidiores esse voluit Occidentalibus, pro-  
pterea quod ij diutius sub Sole sunt, illos autem citius derelinquit  
Sol, & tardius ad eos accedit; humidus sunt Aphricus, & Cæcias; quidã  
addit

addit Subsolanum, & Plin. Austrum Italię; quod est verum dum finit, dum autem incipit siccus est, hinc Plautus: Austrati ad ignem sedent Apeliotes ab ortu æquinoctiali aquosus, sed minutim aquam agit, sicci sunt Argestes, & Apeliotes incipiens, desinens autem est aquosus, vt diximus: hanc etiam proprietatem tribuit Plin. Choro, & Vulturno, tepidi sunt Vulturnus, & Fauonius, & Subsolano sicciore, niuosi aliquando Messes, Boreas, & Aparctias, & sunt frigidissimi: proxime ijs Chorus; grandinosi sunt Aparctias, Trascias, & Argestes, si non sint multum vehementes, si autem fortes, & crebri flauerint, erunt omnium ventorum serenissimi, incidunt enim alios, & maxime faciunt eos cessare, si quidem flant prope maxime, & alios repellunt flatus, & nubes abigunt; verum si fuerint magis frigidi, quàm magni; aerem magis condensant quàm propellant, tunc igitur non sunt sereni: Nubilosi autem sunt, Cæcias quidem maxime, propterea quod reflectitur in se ipsum; & quia communis est Boreę, & Euro: à Borea acquirit frigiditatem coagulantem, ab Euro materiam: hinc apud Græcos in adagio fertur: *καὶ ἐφ' αὐτὸν ἔλκω ὡς Κεῖας νέφας*, hoc est; sic mala sibi ipsi, vt Cæcias nubem attrahens, lyps autem rarius nubes condensat; fulgurosi, siue coruscantes sunt; Aparctias, Trascias, Argestes, & Messes, tum quia prope flant, tum quia frigidi, coruscatio enim à frigido fit, & etiam Ecnephias faciunt; fiunt autem Ecnephię; quando venti inuicem simul multi spirauerint, maxime autem Autumno, & præceteris quidem tonitruosi sunt, Boreas: quamquàm etiam Cirtius, & Chorus, qui & fulminosi existunt, vt voluit Clareanus: fulminosos etiam, & potentes ad excitanda fulgura vocauit Vulturnum, & Austrum: Lucretius lib. 5. dum inquit.

*Altitonans Vulturnus, & Auster fulmine pollens.*

Æstuosi sunt Auster, Zephyrus, & Eurus quidam loco Zephyri, ponit Phenitiam, idest Euro notum; & dixit ideo tales esse propter Regiones vnde veniunt (nam Ventus qualiscunq; fit, secundum Terrarum diuersitatem, per quas flat, diuersas qualitates, ac nomina permutat, sortitur, ac acquirit) & ob id nubes adducunt; Auster tamen Aphricę serenus, & Aquilo nubilus est: permutant enim naturam cum situ, ut inquit Plin. inter omnes tamen ventos sanissimi sunt Boreas, & Subsolanus: pestiferi Auster, & Chorus: & est sciendum Ventos non simul secundum diametrum flare, quinimò est impossibile, alios autem nihil prohibere, & omnes Venti originaliter calidi sunt, & sicci,  
sed

sed à diuersis Terris per quas flant (vt supra diximus) diuersas fortian-  
 tur qualitates; quini in mo dicebat Hermes Trismegistus: ad variationē  
 climatum, & Horizontorum variant venti, & mutant qualitates, & na-  
 turam: hinc colligere licet, quam maxima sit inter scriptores de ventis  
 loquentes discrepantia: siquidem vnusquisq; in propria regione loquitur,  
 quod est maxime attendendum pro recognitione, idcirco vide-  
 mus aliquos flatus notabiliter humectare, vt manifestè patet in mar-  
 more leuigato, Vento exposito, qui adeo humidus efficitur, vt guttas  
 aqueas in illo liceat conspicerē, plerumq; autem siccatur ventus, qui  
 mouetur celerrime, ac violenter secundo Meteororum: quod & expe-  
 rientia comprobatur, nam flantibus ipsis terras minuis, aquas exsiccati  
 & multa arefcere plusquam à Sole videmus, & ex permixtione exhalationum,  
 quas in itinere reperit, augetur vsq; adeo, vt possit omnia con-  
 turbare; Coelum, Terram, & Maria: narrat enim quidam ventis coor-  
 tis disruptum oppidū, quod Borgherrum vocatur, sex millia passuum  
 ab Vrbe distans, & ad eam diuā Rosinā, translataq; Cauponam inte-  
 gram, & temporibus nostris, dum Bononiae moraret, accidit, vt tantis  
 ventorum impetus in syluam seiret Maluitorum, vt domos proster-  
 neret, arbores radicitus euelleret, & multa alia mala perpeffa sit villa  
 illa, sed hæc ad ventos repentinos referuntur, sunt & qui in ventos  
 accessum, & recessum Maris reijciant, vt Democritus Abderites, qui di-  
 xit: flantibus ventis Atlanticum Mare pelli, pulsum intumescere, tu-  
 mens littora inondare: rursus cessantibus ventis, aquas retrahit: cum  
 tamen in Lunam sit reijciendum, vt alibi diximus in nostris Epistolis:  
 nulli enim dubium est, dum Luna ab Oriente ad Austrum, scilicet mediū  
 Coelum scandit, Mare decrescere; inde ad occasum ipsa descendente,  
 augeri, & crescere; rursus ab Occidente ad Meridianum, Mare mi-  
 nui; atq; ab eo augescere dum Luna oriatur: a parente ergo Luna in  
 ortu, vel in occasu ijs plenum Mare, & tempus nauigandi; quibus ve-  
 ro in circulo meridiano consistit, supra, aut infra horizonta, ab illis lon-  
 gissime abest Mare, illud tñ nō est pretereundū, quod in accessu quan-  
 doq; est tardior mora ob impedimēta littorū; deinde et sunt aque mul-  
 te, quæ propria quondam naturā in se habent, vt prescriptū ordinē non  
 seruet, vt Euripiū Mare in Græcia, qd̄ vnus diei, ac noctis spatio, septies  
 recurret, eo impetu, vt nauigiā repugnantibus ventis plena secū rapiat;  
 sed redeunt ad propositū: Etehas vetos aduersus Egyptū flantes Ni-  
 lū atollere credidit: Tales Milesius, cui subscripsit, Alianus, dū dixit

cum stella Canis exoritur. Nilus exundat: flant enim Stella tempora  
 Canis, nam cum aduentis pelagi rathor ipsam circumperere non si-  
 nat, increseat oportet; & gluce exeat: cum tamen eius hinc causam in  
 Niuum dissolutione ex monte luna, qui ad fontes Nili iacet, reiecit  
 Anaxagoras Clazomenius; & qui eius sequuntur dogmata, vti etiam  
 reulit Strabo de inundatione Euphratis, ex dissolutione niuum ex  
 montibus Armenia; & Nearcus Nili inundationem ait Indica flumi-  
 na edocere, quoniam ex aestiuis imbribus id contingit, & contra Talc-  
 tis opinionem disputat Herodotus in Euterpe probans non esse incre-  
 menti Nili causam Etasias; quinimmo dixit: Nilus solus astra caret;  
 fertur tamen Diodorus: Nilum inter reliqua flumina astate crescere,  
 cum decrescant cetera, ut totum inundet Aegyptum, hyeme minus, cum  
 cetera crescant: hinc Aegyptij omnium prima Mathematicas scien-  
 tias necessitate ducti excoluerunt, & in primis Geometriam ipsam;  
 quippe qua maxime egebant, cum turbatis in crescente Nilo agrorum  
 finibus, postquam annis in suam altum reddierat, sua cuique esset  
 restituenda, nec alia ratione constare posset agrorum dimensio, nisi  
 adhibita, quae ex certis coalita principijs fallere peritos mensores ne-  
 quironi; sed ad Ventos sunt itaq; a parte Septentrionis Trascias, siue  
 Cirius fulminosus, tonitruosus, niues, ac grandine coagulans, Aquil-  
 lo vero fulminosus, tonitruosus, & ipse gelidus, & siccus absque plu-  
 uia, & impellit nubes; suntque in vniuersum venti Septentrionales, frigi-  
 di, & sicci; Meridionales calidi, & humidi; Orientales calidi, &  
 siccissimi; Occidentales frigidi, & humidi; ut adnotauit Messahalach, in  
 libro de reuolutionibus annorum; & Septentrionales venti in vniuersum  
 conueniunt cum melancolia, aetate decrepita Terra, & Autumnus  
 nos, secundum Titelmanum; si quidem haec sunt frigida, & sicca om-  
 nia. Nicolaus autem Florentinus, non Autumnus sed Hyemi propor-  
 tionaliter respondere scripsit: verum hinc effectus nulli vero magis na-  
 turam considerant, inter autem Australis status, libonotus calidus est,  
 & insalubris. Euronotus vero calidus temperatus, in vniuersum  
 tamen omnes Ventimbridionales sunt calidi, & humidi, proportione  
 respondentes secundum temperantiam adolecentis, sanguini, aeri,  
 & veri ut placet Toremano: vel secundum Nicolium ab effectu aetate  
 pluuiosa. Orientales vero, quia calidi, & sicci; igni, iuuentuti, cole-  
 ras, ac aetate respondere videntur, ut scribit idem Titelmanus: sed Ni-  
 colus veri, & septentrii quidem medicos respondere scripsit: sicuti, &

Occidentales Autumno, propter inconstantiam assimilauit; cum alter ille hyemi, secundū qualitates, phlegmati, senectuti, & aquæ assimilari dixerit: & ventorum orientalium nubilosus maxime Cæcias, vt dictū est: Occidentalium verò Aphricus, nubes, pluuias, tonitrua, fulguraq; gignit; & ideo Bart. Anglicus lib. de proprietatibus rerū: ruentem, & furibundum appellauit, cui subscripsit Vine. in suo speculo naturali; in Ægypto autem, vt scribit quidam ventus iste Aphricus in agrum Ægyptium magna indigenarum pernitie serpentes, qui in Lybiæ solitudinibus volucres existunt, effundit, quod & confirmat Herodotus in Euterpe: idcirco Cicero, Ibim ab illis cultum hominibus scribit, quod hoc animal eam pestem ab Ægypto auerrat, & Chorus pernitiosus, pestiferq; existit, & nubila excitat; Zephirus tamen soluit pruinas, & frigus, & est agriculturæ præ alijs ventis accomodus, vt voluit Florentinus apud Constantinum Imperatorem in suo de agricultura lib. circa ventorum effectus, duo maxime debet obseruare Medicus in praxi; primum ne vrina ab eo inspicienda refrigeret in aere ventoso; quoniam ventus permiscet, & agitat vrinas, inducit spumam, & commouet contenta, & iudicium peruertit, ac destruit, secundum est cum viguerit ventus meridionalis, claudantur fenestræ cubiculi infirmorum ad meridiem oportet, & aperiantur illæ, quæ sunt ad Septentrionem, & si flauerit ventus Borealis, claudantur vndiq; fenestræ, & aperiantur illæ, quæ sunt ex parte meridiei, & sic rectam habebis medicationem, rectumq; de vrinis feret iudicium. Ceterum ventorum in vniuersali, hæc maxima est quod aerem moucant, & vtilem spirationē reddant; vltius imbres terris subministrant, modo adducendo, modo deducendo nubes, vt per totum Orbem diuidi possint.

## De signis Ventorum. Cap. XIX.

**P**OSTQVAM in superioribus longiori admodum sermone de ventis egimus, eorumdemque proprietates, ac facultates omnes exposuimus, reliquum modo est; vt de signis ventos antecedentes agamus, quæ cum à varijs delumantur rebus, à Sole initiū faciemus.

Sol itaq; oriens, habens circulum varium, vel igneum, vel rubeos radios, emittens, siue in partes exteriores, siue in semetipsum, vt concauatum; vel ex vna parte nubes habens, quæ dicuntur Solis, aut figuras

K nubium,

nubium igneas, ficuti longos radios extendens, vehementium ventorum significatiuus est. Ptolomeus, & Anonymus eius interpretes.

Si Sol exoriens cingitur nubbe, ex qua parte is se ruperit, ex ea parte ventum futurum ostendit. Plinius.

Si Sol exoriens calidus, & nō scintillans fuerit, ventorū est signū. Pl. Sol concavus apparens, venti, aut aquæ signum est. Plinius.

Quando Sol estuosa occidit, vel oritur, si non fiat ventus, aquæ signum est. Plinius.

Si cadens Sol erit circa Occidentem, ventum indicat. Plinius.

Si ante ortū radij Solis se extēdent, aquā, & ventū pronuntiant. Pl.

Sol si multis diebus calidus, siccitates, & ventos diurnos significat. Plinius.

Si radij solares partim ad Austrum, partim ad Boream diuidantur, commune signum est aquæ, & venti. Plinius.

Si radij orientis distendantur priusquam oriententur, commune pariter signum est aquæ, & venti.

Sol si pallidus in nigras nubes occiderit, ventum Aquilonarem significat. Beda, & diuus Anselmus, iuxta illud Aristotelis. turbati occasus &c. qđ intelligendū est serenitate præcedente, & non tēpestate.

Oriente Sole, & Luna, si venti nō cessauerint, distendantur. Theop.

Signa in Sole, & Luna rubea, ventos denuntiant. Plin. Vnde Poeta de Solis coloribus loquens primo Georgicorum sic cecinit.

*Ceruleus pluuiam denuntiat, igneus Euros,*

*Sin macula incipient rutilo imiscerier igni,*

*Omnia tunc pariter vento, nimbisq; videbis*

*Feruerē.*

Luna rubea ascendens, significat mensē ventosū. Costan. Cæs. Plin.

Luna Boreali existente, si recte steterit, Zephiri spirare consueverunt. Theoph. & Const. Cæsar.

Cornu Lunæ Septentrionale acuminatum, atq; rigidum, præsignat ventū Septentrionalē; inferius, Austrū, utroq; recto, noctē ventosā. Pl.

Cum Lunæ rectitudo inclinatur Borealis est mensis; cum autē fuerit deorsum, Australis. Const. Cæsar, & Aratus dicebat.

*Cum verō incedit sublimi Cynibia cornu,*

*Tum seges Borea Campi spirante rigebunt,*

*Sin prono, Terris pluuium denuntiat Austrum.*

Luna subtilis, rubicunda, & qđ est luminis expers rubeū sit, videaturq;

fermē

fermè moueri, Ventos ex ea parte fuscitat, ad quam extra Zodiacum vagatur. Porphirius.

Hora synodi, vel plenilunij considerandus est Ventus, qui tunc spirat, nam si ille tertio die post lunationem perseuerauerit, tota illa synodo vsque ad tertium ante plenilunium, vel toto eo plenilunio vsque ad tertium diem ante synodum, plerumque spirabit; quod si aliquis alius Ventus inter dies inciderit, vix triduo regnabit; at si alter hora lunationis, alter autem horis quibus tertius dies inceperit flauerit, in vniuersa lunatione pro maiore parte, nunc ille, nunc iste spirabit; vincente tamen plerumq; qui tertio die post lunationem spirat. Suesanus ex Ptolomeo. siquidem Ptolomeus Apotelesmatum secundo obseruauit lunam tertiam, hoc est, quæ tertiam à synodo ducit diem, quem immitatus est Aratus. Teoph. & Theon, quibus & ego subscribo; licet Virgilius primo Georgicorum, & Plin. lib. XVIII. Cap. XXXV. lunam quartam post coniunctionem obseruent, quam opinionem sectatus est Beda vir doctissimus lib. de temporibus, quod non est negligendū cum quarta dies confirmat dispositionem tertie diei, obseruanda tamen magis tertia; amplius tertius ante synodum dies status futuri mensis prenuntius existit, nam qualis hic dies, talis totus erit mensis proportionaliter, quod, & nos multoties obseruauimus, & sic esse experti sumus, nec ratione caret, nam in xxvij. diebus, & viij. horis luna reuolutionem complet, adeo vt dies primus interlunaris, tamq; futuræ lunationis sit dies, statum sequentis mensis indicat.

Quarta luna rubicunda, vt aurum addit diuus Anselmus lib. de imagine Mundi: Ventos indicat. Plin.

Si ante quartam non apparuerit, Vento fauonio flante, hyemalis toto mense erit. Plinius.

Quinta luna si eius cornua recta, & infesta, Ventos semper significat Plin. hanc timent Nautæ, vnde apud eos adagium, Al far'in Mar', la quinta in Porto.

Si quartā lunā orbis rutilus vngit, Ventos, & Imbres significat. Plin.

Lumen lunæ tertie à coniunctione, vel oppositione igneum, aut flauum; Ventum indicat. Theon.

Cum luna fuerit decothoma, & erit rubea; Ventū expecta. Theon.

Si in plenilunio luna erit rutila Ventos demonstrat. Plinius.

Luna plena si circa se habuerit orbem, ex qua parte is maxime splendet, ex ea Ventus orientur. Plinius.

Circa lunam, Solem, vel Stellas alias, halo si fuerit, ex qua parte se

ruperit, inde Ventus fit, & si pluribus partibus dissecetur, Ventorum innuitur confusio.

Si ater circulus circa Occidentem fuerit, ex qua regione is se ruperit, ex ea parte expectetur Ventus.

Halo circa Solem, vel Lunam si diuidatur, Ventum indicat, si in nigras nubes desinat, pluuiam, si tabescat, serenitatem. Sueffanus.

Planete scintillare non soliti, si scintillauerint, Venti signum est.

Stelle si lumine, & magnitudine maiores, & lucidiores apparuerint; Ventos ex ea parte significant, in qua sunt collocatę. Ptolomeus precipuè, vt Anonimus eius interpret inquit: si magno interuallo videantur distare.

Stellas discurrentes protinus sequuntur Venti, ea qua feruntur parte, & ex ijs tunc procelle in Mari, terrisque. Plinius si vndique, Ventos multos significant. Arist. quod expressit Pontanus his versibus.

*Quin etiam qua se candens nocte, extulit ignis  
Ille quidem claro signans liquidum aera tractu;  
Inde ruet portis, quam primum Ventus aperis.*

In Cancro sunt duę stelle Afelli dictę; si alteram illarum Aquiloniam caligo abstulerit, sauit Auster; si Austrinam Aquilo. Plinius.

Asini etiam inter quos collocatur praesepe, si puri apparent, & moueri videantur, vehementiam Ventorum sunt significatiui. Sueffanus.

Cometa est exhalatio vi syderum ad supremum aerem attracta, que nihil prorsus mali in se habet, vt opinantur aliqui; siccitatem tamen, & Ventorum procellam, nec non & vredinem presignat, tantoque maiorem, ac potentiozem, quanto ex pluribus partibus generantur. Comete, ac diuturnioris sunt status, & more. Ptolomeus secundo apotelesmatum; quod & probat Arist. in meteorologicis, & confirmat Teoph. Cum ante solem exorientem nubes rubescunt; Ventos denuntiant. Plin.

Concaua nubes æstate; Ventu significat Teoph. Expectentur Venti ea parte maxime, vnde nubes discussę adaperuere Cælum.

Si in exortu nubes spargentur ad Austrum, vel Aquilonem; Ventos & pluuiam indicant. Plin.

Nubes rubeę toto Cælo sparset, & Solis occasus inter nubes rubeas; Venti signum est. Sueff.

Cæli rubedo sine caligine, quando per totum Hemispherium apparet; Ventos significat futuros. Sueff.

Vnde

Vndecunq; Parahelius fuerit; ex ea parte Ventum, & aquam expecta. Teop.

Nubēs valde rubicundæ, & in longum porrectæ, hæc quidem ad Septentriones; illa vero ad Austrum, & inter has cernatur. Cœlum clarum; Ventos in triduo futuros spondet. Sueff.

Cum in apice montis nubem videris, quæ produci incipit; Ventum portendit. Theon.

Omnes montes nubibus cincti; Australes ventos vt plurimum indicant. Teop.

Montium iuga pura; ventum demonstrant. Const. Cæs.

Si extremitates montium subleuatę videantur magis, quam consueverint, aut Insulæ; ex vna, plures appareant; Australem mutationem significant.

Mons si ante sonet; Ventum significat. Plinius idem de rugitu sylvarum.

Vndecunq; coruscationes fiunt de se; inde fit ventus. Plinius.

Si Austro flante à Borea coruscauerit, cessat Auster, si autem ab Oriente coruscat, consuevit cessare citius. Const. Cæs.

Cum à Septentrione coruscabit, Ventum Septentrionalem in posterum denuntiat. Plin.

Vespertinæ coruscationes vndecunq; fiant; aquæ, aut venti signū. Const. Cæs.

Cum ab Austro, Choro, & Fauonio nocte serena coruscabit; Ventum, vel Imbrem ex ea regione portendit. Plin.

Æstate quando coruscationes, & tonitrua fiunt; exinde venti fiunt fortes, nam si vehementer, ac fortiter coruscauerit; velocius, & fortius spirabunt, sin autem remissè, atq; raro, venti remissè, & paulatim spirabunt. Theon. dixit autem Æstate, quia Hyeme, & Autumnò, è contrariò coruscationes quietant ventos, & quantò coruscationes, & tonitrua fortiora fuerint. Hyeme, & Autumnò, tanto magis quietabunt ventos.

Tonitrua matutina; Ventum indicant. Plin.

Tonitrua, & fulgura in Æstate vndecunq; ferrantur; inde ventum expectare oportet. Const. Cæs., & fortes ventos addit Arist.

Terra sicca repente; Aquilonem prænuntiat, humescens vero rorè occulto, Austrum indicat. Plin.

Si vernali Æquinoctio, caligines ceciderint; Vétos significant futu-

ros in nouum mensē, vtrisque numeratis; hoc autē continget de  
mense Nouembris. Teop.

Si circa Æquinoctium Chorus flauerit; aquam significat. Plin.

Autumni serenitas, ventosam Hyemem facit. Plinius.

Sine aura, quæ sentiatur, folia ludentia, ventos indicant. Plinius.

Si articuli membrorum doleant, nec grauescant, Austrum indicant  
futurum, vel si Herniæ murmurauerint, aut membra male instaurata  
dolorem senserint, idem significant. Sueff.

Somnia quæ de auibus sunt, Ventos portendunt. Sueffanus.

Canis volutans se in terram; Venti magnitudinem significat. Ari-  
stoteles.

Anates syluestres, & domesticæ, & fulicæ submergentes se, & qua-  
tientes alas; Ventum prænuntiant. Teop.

Anseres cum volauerint, signum est Venti Borealis si in Austrum,  
Australis si in Septentrionem. Feruntur enim à Ventis. Albertus.

Mergi, Anatesque pennas rostro purgantes, Ventum prædicunt.  
Plinius.

Corui singultu quodam latrantes, seque concutientes, si continua-  
bunt Ventos, si vero carptim vocem resorbebunt, Ventosum imbrem  
pronosticabuntur. Plin.

Gallinæ, & aues domesticæ pandentes alas, & hinc inde saltantes;  
pluuias, & Ventos denotant.

Tele araneæ multæ, late; Ventum, aut tempestatem indicant. Teoph.

Eritius terrestris duo facit foramina, vbi vtrique habitat, hoc versus  
Boream, illud versus Austrum, quodcunque claudit, ibidem Ventum  
significat, si vtrumque Venti magnitudinem. Teophrastus.

Ventosam etiam tempestatem prævident sciuri, obturatis, qua  
parte spiraturus est Ventus, Cauernis, ex alia parte aperientes fores de-  
cretos. Plin.

Lanugo Populi, aut spinæ volitans, Ventosum signum est. Plinius.

Cum flexuose volitat flamma in igne, Ventum indicat. Plinius.

Lumina cum ex se flammam elidunt, aut vix accenduntur, Ventum  
significant. Plinius.

Fauille ex lucerna, Ventum Australem significant. Plinius.

Cum in luminibus coaceruantur pendentes scintille, Ventum nū-  
tiant. Plinius.

Carbo cum vehementer perluceat, Ventum denotat. Plin.

Carbo

Carbo cū adherescit ollis, dū ab igne tollitur, ventū per mōstrat. Pl.  
 Contectus ignis, cum ex se scintillam, vel fauillas discurit, ac emit-  
 tit; ventum indicat. Plinius.

Cinis in foco concrefcens; ventum significat. Plinius.  
 Hæc omnia signa metricè expressit Politianus, in rustico, & omnium  
 causam assignauit Sueff. lib. de verissimis temporum signis, ex Prolo-  
 meo, Arato, Theone, & alijs, quæ non appofui, cum ne multiloquio  
 legentium mentes grauarer, tum ne alieno labore doctius viderer, qua  
 re sat sit monstrasse locum.

## De signis Tempestatum. Cap. XX.



QVONIAM tempestatas, absq; ventis, minime fieri  
 constat: cum tempestatas nil aliud sit, quam aggregatum  
 ex vento, & pluuia, vel ex vento, & niue, vel ex vento,  
 & grandine, magnis omnibus: ideo ne quid, quod ad  
 rem faciat, omittam, post ventorum signa, aliqua de  
 signis tempestatum adijcienda putauit, cum maxime ex Arist. siue is sit  
 Theophrastus, qui de signis temporum libellum conscripsit; tum ex  
 Arato, & ex doctissimo Theone, à quibus ceteri omnes desumpserunt.  
 verum quibus ex causis tempestatas accidant, non omnibus eandem  
 causam esse constat. Plato enim in Solem, Lunam, & alias Stellas,  
 causam reiecit, dicens; Tempestatas quæ Æstate, & Bruma contingunt,  
 occasu, & ex ortu Solis, Lunæ, & Stellarum, tam errantium, quam fixa-  
 rum fieri. Anaximenes vero non ex alijs; sed ex Sole tantum hæc  
 prouenire credidit. Plinius ex horridis Syderibus euenire ait; veluti,  
 Arcturo, & Hædis. At Eudoxus, & Aratus ex omnibus indifferenter;  
 sed vtcunq; sit, longa obseruatum est, & est ex placitis Ptolomei, quod  
 si Sol niger oritur, aut viridis, vel occidit cum congregatione nubium,  
 vel aliter se habens in se ipso, aut simul cum nubibus, aut secundum  
 alteram partem, aut secundum vtramq; solares nebulas habens, qui di-  
 cuntur Soles, aut radios, vel virides, vel nigros; tempestatum, aut plu-  
 uiarum nuntius est; quod signū sic exposuit Anonymus Ptolomei in-  
 terpres; & Porphirius: dicentes. vbi autem niger ipso oritur, scilicet Sol,  
 vel viridis, aut obnubilofus occidit, aut circa ipsum vna, vel due aræ,  
 quæ halo dicuntur, constiterint, aut secum nebulationes habuerint,  
 qui Soles dicuntur, fundatq; radios virides, vel nigros, eo dies pluias;

aut

aut tempestatem nuntiat; hoc idem signum vidit, & approbavit Alexander, sed ad alia.

Si circa solem occidentem candidus circulus fuerit, ea nocte leuem tempestatem præfagit, at si circa eum fuerit nebula; vehementiorem, quod si ex vtraque parte Solis, nubes, aut caligines Cœlum petant; tempestatem spondent, & ideo Arist. xxvj. prob. prob. vi. dicebat: Turbati occasus, tempestatem portendunt.

Sole tendente ad occasum, si substiterit nubes, aquæ solum, si ab hac diffundantur radij, tempestatem est signum.

Si in occasu solis pluet, aut radij in se nubem trahent asperam, in posterum denuntiant tempestatem. Ruellius.

Si ante ortum Solis nubes globabuntur; Hyemem præfagiunt asperam. Ruellius.

Sole ex oriente, nubes nigra, si rubentibus interueniant; portendunt tempestatem.

Si in ortu spargentur nubes, partim ad Austrum, partim ad Aquilonem, licet circa solem pura serenitas sit, tempestatem spondent.

Si nubes solem circumcludent, quanto minus luminis relinquent; tanto turbidior tempestatem erit. Si vero etiam orbis duplex fuerit, eo atrocior; quod si in ex ortu fiat, maxima ostenditur tempestatem.

Soli si pallidus videatur, tempestatem, si concauus, ita vt in medio sit fulgens, & radios ad Austrum, & Aquilonem emiseric, tempestatem humidam, vel ventosam significat. Beda.

Si in ortu lunæ, cornua crassiora fuerint, horridam declarant tempestatem.

Luna tertia ante, & post coniunctionem, & oppositionem, si fuerit nigra, pallida, aut viridis, & obtuse cernatur; tempestatem, ac pluuiam declarat, Ptolomeus.

Si quartam lunam orbis rutilus cinget; tempestatem præmonebit.

Si quarta die luna erit directa, magnam tempestatem in Mari præfagiet, nisi si coronam ostendit, Plin. ex Varrone.

Si luna mediam, aut tertiam partem luminis assumpserit, nec recta apparebit, vsque ad quadraturam, & si valde circularis, tempestatem erit, vsque ad dichotomum. Sueff.

Si plenilunio corona nigricans ambiat, imbrem promittit. si gemini cinxerint orbem, maiorem tempestatem, & magis tres erunt, aut nigri, aut interrupti.

Si xvj. Luna vehementius flammea apparuerit; asperas tempestates præfagit. Plinius.

Si vnica die, pluries Iris apparuerit; tempestatem fert, & magis si in diuersis appareat, quod signum ego obseruauit.

Si duo, veltres arcæ fuerint circa stellas; tempestatem nuntiant: Ptolomeus, & Haly.

Si duo, vel tres circuli turbidi & spissi, circa Lunam fuerint; Hyemalem acré significant, per ventû multum, cû minuto grandine. Ptol.

Cum repente stellarum fulgor obumbratur, vti neq; nubilo, neque caligine fluitans; graues denuntiantur tempestates.

Si Præsepe earum Stellarum, quæ dicuntur Afelli, colligitur, & obscurum fiat; tempestatem promittit. Theon.

Si traiectiones, quæ dicuntur stellæ cadentes, ex omni orizontis parte motuantur; Ventos confusos annuntiant, qui ex omni parte spirant, quibus erit maxima tempestas.

Si coruscationes fiant ex parte Euri, Austri, nec non Boreæ, & Zephyri; signum maximum pluuia vel tempestatis. Theon: quod signum confirmauit Plinius, & Ruellius, dicentes: cum sereno Cælo fulget, pluuia sequuntur, & tonitrua, & Hyemabit, atrocissime autem ex omnibus quattuor Cæli partibus fulgurabit.

Coruscatio splendida, si non in eodem manet; tempestuosum signum. Theoph.

Nubes, lanarum velleribus similes, quandoq; sunt tempestatum declaratiuæ. Ptolomeus.

Cum in aliquo, eodemq; loco videris nubes aliquas manere, aliquas vero ex eodem recedere, quæ vero superstant decurrere, & quæ ex posteriori parte sunt venire; tempestatem expecta. Theon.

Si serenitate facta, parua nubes apparuerit in aere distensa, & diuisa, numdum cessat tempestas. Theoph.

Si modo ex Australi, modo ex Boreali parte ventus progrediatur; tempestatem significat. Const. Casar.

Si in vertice, montis nubes erecta steterit; tempestatem significat, vnde & Archilocus Poeta ait; Glauce vide profunda Maris, iam turbatur male innundationibus, circa autem extremitas montis stat nubes, quæ tempestatem ostendit. Theoph.

Montium sonitus, & nemorum mugitus; asperam tempestatem;

L præfa-

præfagit. unde dicebat Plinius: Fragor in campis, tempestatē nuntiāt.

Folia ludentia, lanugo populi, vel spinæ sine aura, quæ sentiatur, volitans: similiter, & tela atæna, & aquis pluma innatans; tempestatem venturam enuntiant. Theoph.

Trifolium quoq; inhorrescere, & folia contra tempestatem subrigere, certum est.

Terreni ignes pallidi, murmurantesque; tempestatum nuntij sentiuntur.

Ignis si non permittit se non videri, vel lucerna accendi noluerit; tempestatem præfagit.

Nigra flamma, tempestatem indicant; similiter & fauilla nigra.

Si in foco apparuerint veluti grana milij, tempestatem nuntiant. Theoph.

Vasa in conuiujs, mensisque, quibus esculentum additur, sudorem repositorijs linquentia; diras tempestates prænuntiant.

Animalia autem tempestatum, & aliorum temporum prænuicia, testatus est Hieremias dicens: Cum animalia alia in aquis viuunt, alia ab aquis pereant, impossibile est fieri imbres, pluias, aut tempestates, quin animalia huiusmodi alterationes præsentiant; nam quæ in illis viuunt, hæc futura esse cantu, quæ vero ab eis leduntur, fletu prædicunt; & ideo si Rana magis clamauerint præter consuetudinem, & modum; signum est pluiæ, & tempestatis. Theon.

Anseres, si circa cibum pugnantes, clamauerint magis; tempestatem significant.

Si Anseres videris perturbatione, clamoreq; moueri, signum esse tempestatis non ambigas. Suess.

Si Anseres videris, alteram volatu ferri supra alteram, serenitate existente, ac si æstas esset; futuram tempestatem expecta. Theon.

Aues lacustres, & marinæ, continenter sese perfundentes, tempestatem augurantur. Ruellius.

Aues, quæ in aquis degunt, si supra aquam sedere videris, eaq; frui, ac se ipsas in ea balneari, & ludere; tempestatis signa esse credas.

Aues quæ non viuunt in aqua, si in ea se lauerint; aquam vel tempestatem portendunt. Theoph.

Hirundines volantes supra aquam, ita vt sepe tangant, ac percutiant eam, signum aquæ, & tempestatis. Aratus, & Theon.

Graculi

Græuli; siue Cornices ex Austro volantes; tempestatis inditiūm.  
præbent. Theoph.

Cornix si celeriter bis, aut ter clamauerit; tempestatem fert. Sueff.

Cornix si mane clamauerit, serenitatem significat, vesperi, quietè  
cantans; tempestatem.

Coruus multas voces mutans; tempestatis, ac Hyemis est signum.

Grues si mane gregatim volauerint, mane tempestas erit, si autem  
tarde, multoq; tempore; tempestates erunt tarde, at si volando reuer-  
tantur, tempestatem præsentiant. Sueff.

Passerculus, Passerq; si mane clamauerit; tempestatem præfagit.

Passer si apparuerit albus, aut Hirundo alba, vel alia altera auis ead-  
em, quæ non solent apparere, ac non cōsueuerunt esse albæ, magnam  
tempestatem significant.

Noctua in imbre garrula, serenitatem, at in sereno, tempestatem.

Nycticorax si intrando se foraminibus occultauerit; tempestatem  
nuntiat.

Si apes non procul ab Alucarijs volauerint, sed stante serenitate pro-  
pè manserint; tempestatem præcognoscunt.

Columbi domestici clamantes; tempestuosum est signū. Theoph.

Si formicæ oua sua extulerint, extra caruernas ea ferentes, tempesta-  
tem præsentiant. Virgil. Plin. & Theon.

Mures insolito stridore consterpentis, ioculantes, saltantesq; tem-  
pestatem ominantur. Theon.

Lumbrii terrestres, si extra terram multi appareant; tempestuosū.

Canis si in dextrum latus iacuerit; tempestatem prænuntiat, vel si  
terram anterioribus pedibus fodiat. Theon.

Lupulus vlulans, tempestatem significat.

Lupus cum ad laborata venerit; in triduo magnam tempestatem  
spondet.

Pecora exultantia, & indecora lasciuiua ludentia; tempestatis signifi-  
cationem habent, quare si mane cocant, mane tempestas erit.

Oues cum non possunt ad stabula reuerti, etiam lapidibus petita,  
& verberibus oblecta; tempestatem demonstrant.

Agni cum cito, & quasi currendo proficiscuntur ad pabula; tem-  
pestatem demonstrant.

Cum Capræ celerius quàm consueuerint ilicis ramos carpunt; ei-  
toq; eos comedunt; præsentiant tempestatem. Theon.

.v. Lq. 2 Bosiu

Bos anteriorem pedem mordens tempestatem nuntiat; hoc idem etiam euenit, si plus solito comedat, vel cum maiore rugitu ad stabula proficiscatur, & iuuenes præter modum saltauerint.

Asinus aures quatens tempestuosum est signum.

Animalium greges terram effodientes, & capita ad Boream extendentes, magnam Hyemem prænuntiant. Plin. & Const. Cæsar.

Sunt & alia signa, à varijs rebus desumpta, tempestatum indicatiua, quæ consultò omisimus, ne plusquam oportet sermo in longum protraheretur, verum si tibi videnti ea ardeat animus, lege Arist. siue is sit Theoph. lib. de temporum signis, Atatum, Theonem, Plin. Ruellium, Blondum, Grattarolam, sed inter alios, Suessanum, de verissimis temporum signis; & Columellam lib. xij. cap. 2. quo loco docebit te omnes dies tempestuosos, ex ortu, & occasu syderum. Ceterum prætereundum non est; quod quàm forte fabulosum; quod si fidicolarum occasu, quod est initium Autumnus, vna picta consecratur inter vites; minus nocere tempestates, vt scribit Plin. ex Varrone, & Archibius, ad Anthioctum Siria Regem; vt refert idem Plinius si ficuli nouo obruatur Rubeta rana, in media segete, non esse noxias tempestates. Ad eas autem abigendas dicebat: Suffritus Achatidis lapidis pellis leonine similis in Persijs tempestates auertit, & ex Chelonatidibus ad tempestates sedandas multa vaticinantur; is vero qui sit aureis guttis inspersus, cum Scarabeo deiectus in aquam feruentem, tempestates auertit: hæc Plin.

## De signis serenitatis, & pluuiæ à Ventis desumptis. Cap. XXI.

**N**ICE T in superioribus non nulla de signis, tam pluuiæ quàm serenitatis, attigerimus; nihilominus placuit etiam seorsum, hoc loco, aliqua percurrere: præsertim cum in superioribus dictum sit, ventos quâdoq; nebes adiuocare, & exinde pluuias sequi, non numquam etiam pluuijs existentibus, superuenientibusq; ventis, pluuias easdem cessare, & inde serenitatem, & tranquillitatem subsequi: non tamen omnia signa ponam, sed tantum ea, quæ ad ventorum cognitionem, & effectus pertinere videntur; quare sciendum est, ventos eosdem non ubiq; pluuias esse, nec ubiq; serenos; vt experientia monstrat, & Arist. probauit xxvj. prob. v.

Auster itaq; non incipiens, sed desinens apud nos imbrem affert, quod

quod non ubiq; locorum verum est, siquidem vt refert Apponensis: apud Scotos, Dacos, & Noruegios serenitatis est causa: Boreas vero contrarium operatur, de quo etiam dicebat, Constantinopoli esse clarum, & serenum: in Tessalonicchio autem turbidum, & morbosum, & tamen in finitimis regionibus Tessalonicenses, & Constantinopolitani existunt, non itaq; ex natura venti, sed ex natura loci hoc euenit, cum Macedonia (in qua Tessalonica Ciuitas est posita) altissimis montibus exornetur, Pelio M. C C. L. passuum ratione perpendiculari altissimo; ossa, & olympo, qui excellenti vertice tantus attollitur, vt scribit Ptolomeus in descriptione Macedoniae; vt nec nubes, nec venti sentiantur; propter itaq; refractionem eius ad montes turbidus, & morbosus Tessalonicensibus venit, & inde Palimboreas ventos dici superius monuimus, cur autem non ubiq; locorum ventus sit pluuiatilis, vel serenus fusius inferius declarabimus, cum Astrologicas ponemus obseruationes, sed ad propositum.

Quando Boreas multas nubes mouet, stans magnus, serenitatem significat.

Cacias ad se trahit nubes, aliqui Textus Subsolanum legunt, sed male: vide in problematibus.

Fauonius nubes maximas agit, quere in prob.

Cum circa Aequinotium Aphricus flat, aqua fit.

Omnis ventus in eo loco serenat, à quo spirare ceperit.

Cum ventus non valde fortis existens saepe, atq; in tempore admodum breui, in diuersas Orizontis partes conuersus fuerit, ab illis spirando, signum est pluuiæ.

In pluuijs cum apparuerit splendor, in Borea, in Austro vero tumorosa nubes congregata fuerit, erit, vt plurimum serenitatis signum: Theoph.

Cum Sol recedit à plaga, à qua ventus spirat, aut ventus spirauerit à plaga illa, in qua iam est Sol, aut ad quam iam mox proficiscitur Sol; serenitas demonstratur, quam rem experti villici inuenerunt certam, licet contrarium dicat Anglicus: Coeterum qui sint venti humidii, quiq; fereni, diximus superius, in cap. de ventorum effectibus: quare illuc recurrendum.



## De Ventorum præfagijs. Cap. XXII.

**Q**uod si in iherosolymis ventorum traditionem, consentaneum fore iudicavi, iudicia, & eorum præfagia enumerare, ac sententias, vniuersales, & aphorismos ponere, ut futurus Medicus sciat constitutiones malas præcauere, & optimas eligere, & de vtriusq; rectè prædicere, ac prænotificare; hinc sumpto exordio.

Mutationes temporum potissimum pariunt morbos, & in quibusdam temporibus magnæ mutationes, aut frigoris, aut caloris, aut aliâ proratione eodem modo. Hipp. 3. Aphor. Aphori 1.

De temporibus: siquidem Hyems sicca, & Aquilonia fuerit, Ver autem pluuiosum, & Australe, necesse est Æstate febres acutæ fieri, & lippitudines, & intestinorum difficultates, præcipue verò mulieribus, & viris qui natura sunt humidiores, 3. aphor. aphor. xj. & de aere, aquis, & locis. & Auic. 2. primi v. par. Doct. 2. cap. vij.

Si Hyems Australis, & pluuiosa fuerit, Ver autem siccum, & Aquiloniâ, mulieres, quibus partus in Ver incidit, ex quacunq; causa abortiunt, quæ vero pariunt imbecillos, & morbidos infantes pariunt, quare vel statim intereunt, vel tenues, & valitudinarij viuunt, cæteris vero mortalibus difficultates intestinorum, & lippitudines siccæ fiunt, senioribus vero diffillationes, quæ citò interficiunt. 3. aphor. xij. & de aere, aquis, & locis, sed huic constitutioni duo addit verba, Clemens; Hyemi, & tempestuosum, Veri. Auic. 2. primi.

Si Æstas sicca fuerit, & Aquilonia, Autumnus vero pluuiosus, & Australis, dolores capitis ad Hyemem fiunt, & tusses, raucedines, atq; grauedines, quibusdam autem Tabes. 3. aphor. xij. & de aere, aquis, locis, & Auic. loco citato.

Si Aquilonius, & siccus sit Autumnus, manente Æstate sicca, & Aquilonia; his qui habent naturam humidiores, & mulieribus conferret; reliquis autem erunt lippitudines siccæ, & febres acutæ, & grauedines, nō nullis vero & atræ biles. 3. aphor. xiiij. & Auic. loco citato.

Si Hyems sit Australis, & pluuiosa, & calida, & corpus non adstringatur, neque venæ; Vere accedente Boreali, & sicco, & frigido; cerebrū dissolui, ac purgari contigerit à grauedine, ac raucedine; tunc simul cum Vere stabilitur, ac constringitur, quare de repente Æstate accedente, & ardore, & mutatione contingente, ij morbi accidunt; leuitates

tes intestinorum, & aqua intercus, ferè reliquis morbis desinentibus superueniunt; cum non queant facile ventriculi à concepta humiditate exsiccare. Hippoc. de aere, aquis, & locis.

ii Si Æstas pluuiosa sit, & Austro multum perfleretur, similisq; sequatur Autumnus; necesse est Hyemem morbidam esse, & ijs, qui pituita abundant, & qui xl. annum excefferunt, febres ardentes fieri verissimiliter est; qui vero bile abundant, costarum inflammationes, & pulmonis. Hipp. loco citato.

iii Si Hyems fuerit Australis, & Ver sequatur Septentrionale, & Æstas post ipsum vaporosa, & pluuiosa, & Ver conseruauerit materias vsque ad Æstatem, multiplicabitur in Autumno mortalitas in pueris, & disenteria venient, & intestinorum vlcera, & tertiana notha prolixa.

Auic. 2. primi. Si Æstas fuerit pluuiosa, circa ortum Caniculæ, & postea superuenit ventus Septentrionalis, bonum erit, & ressoluentur ægri tudines, quibus autem nocet plus hoc tempus, sunt mulieres, & pueri; quod si cito uaserint, producentur ad quartanas, ad hydropes, ad dolores splenis, & hepatis debilitatem. Auic. 2. primi, & Halyabbas v. Theorica cap. quinto.

iv Si Æstas sicca fuerit, & Austrina, & superuenit Autumnus pluuiosus, & Aquilonius, multiplicabitur in Hyeme dolor capitis, reuma, aurium tinnitus, & raucedo. Auic. loco citato: nec admirationem afferat talis constitutio, quia quærit Arist. xxvj. prob. cur Austri in Lybia frigidi, vt apud nos Boreas; & iterum cur Austri sicci, quod bene potest esse, ratione diuersarum regionum, vt superius diximus, & in problematibus probabimus.

v Si Æstas fuerit meridionalis, & sequatur Autumnus Borealis, multiplicabuntur in eo ægri tudines constringendi, & exprimendi, vt sunt distillationes. Auic. loco citato.

vi Si Æstas fuerit Australis, & sequatur consimilis Autumnus, & ambo pluujs abundant, Hyeme sequenti multiplicabuntur reumata, & ægri tudines putridæ. Auic. in loco citato.

vii Si Hyems fuerit Australis, & plumarum pluuiarum, multa; fiat in corporibus humiditas, Vere febres putridæ generantur, morbi quo huiusmodi apoplexia, epilepsia, & alia id genus. Halyabbas v. Theorica cap. iij.

viii Si Æstivalis constitutio in Hyemalē conuertatur, multiplicenturq;

in eo pluuia, & Australes perflent venti, pestis absq; dubio, cui hec contingit loco, superineidet, sientq; Hominibus febres acuta, pessime, ac pestilentes. Halyabbas loco citato cap. xj.

Si duo tempora fuerint egressa à sua natura, & eorum exitus fuerit contrarius, aduentus secundi super primum conferet corporibus, ipsa temperans; vt si Hyems fuerit Australis, Ver vero Septentrionale, & subdit, neq; ibi fuerit superfluitas longa, & notanter hoc dixit, quia aliter contrariaretur. Hipp. supra aphor. xij. & xij. Auic. lib. citato.

Si Austrinus totus annus, & pluuiosus fuerit, pestilens erit constitutio, Hipp. sec. 3. tert. epid. huic consentit Auic. 2. primi dicens: Annus, in quo omnia eius tempora secundum vnam eueniunt qualitate, annus est malus, potens aegritudines multas sibi proportionem respondentem, excitare; & eius ratio est: si tempus vnam sibi proportionalem aegritudinem commouet, quanto magis totus annus, assiduitas pluuiarum in fine Veris, vel in Æstate absq; ventorum flatibus, cum vehementi calore, & dum non pluuat, turbidus tamen, ac nubilosus aer, conspicitur; non solum primum firmissimum, atq; secundum naturam pestilentia signum existit; sed etiam causa, vt declarat constitutio, olim in Cranone Ciuitate (vt refert Hipp.) quam maxima, & horrenda pestis est subsequuta, in qua præter lætiferas febres, & tubercula, atq; carbunculos, integra membra tabe absumpta exidebantur.

Quando Hyeme Auster multiplicatur, est causa putredinis: Subsolanus vero Hyeme flans est signum pestis futurae in Hyeme, quem Austro calidiorum dixit Fontanonus; sine is sit Io. Rainerius, qui in practica Fontanoni additiones posuit signorum, & causarum in morbis; sed quis quis sit egregie fallitur; cum à nullo (quod sciam) traditum sit: Subsolanum Austro calidiorum esse, nisi forte vellet dicere humidiorum, quia tunc in hoc concursus esset. Blondo, & Pontano.

Quotidianæ constitutiones Aquilonia quidem corpora densant, contendunt, & bene mobilia, coloratiora, & melius audientia faciunt, & alios exsiccant, oculos mordent, & si dolor aliquis pectus obsiderit, dolorem augent: Austrina dissoluunt corpora, & humectant, auditum obtundunt, capita grauant, & vertigines faciunt oculis, atq; corporibus difficilem motum præstant, & alios humectant. Hippocrates tertio aphor. xvij.

Austri auditum hebetantes, caliginosi, caput grauant, pigri, dissoluentes, quando huiusmodi tempestas præualuerit, talia in morbis patiuntur:

riuntur: at si Aquilonia fuerit, tusses, fauces, alui duræ, difficultates urinæ, horrores, costarum dolores, & pectoris, quando hæc tempestas præualuerit, talia in morbis expectare oportet, 3. Aphor. Aphor. 5.

Flante Austro necesse est solui, & humectari cerebrum, & venas laxiores reddi; flante vero Aquilone; quod sanissimū est in cerebro compingi; quod vero morbosissimum, ac humidissimum est excerni, & fornicus circumducere, atque sic defluxus in horum Ventorum mutationibus succedere. Hipp. lib. de morbo sacro.

Aquilonibus Vere pleuratici fiunt: Æstate item, & Autumno pluuioso. Alexander Bened. lib. suorum collectorum nono.

Flante Austro talia in morbis patiuntur; vlcera glabra, maxime os pudendum, & aliæ partes: si vero Aquilo præualuerit, tusses, faucium affectiones, ventres duriores, urinæ difficultates, horrores, dolores laterum, & pectoris. Hipp. lib. de humoribus.

Annus Borealis melior est Australi, & magis sanus. Arist. de signis aquarum, ventorum, & tempestatum.

Vbi Hyemem Notus, ac Ver Aquilo perflat, abortiendi periculum est. Alex. Bened. lib. 13. collect.

Cauendum ab immenso calore, præsertim flante Austro, & ab immenso frigore, flante Borea; quoniam vt in nimio calore concoctio interimitur, somnus aufertur, resoluitur corpus, ac mens iacet: ita nimio frigore hebetatur sensus, & destitutum propè fomento naturali stupet ingenium. Platina.

Hyeme flante Austro, rectè mittitur sanguis. Alexand. Benedictus lib. tertio Collect.

Si ad Meridionalem Ventū Septentrionalis sequatur, accidit à Meridionali fluxus, & à Septentrionali expressio interius, & ex forti expressione, quandoq; scitura ad exteriora, vt labiorum colli, matricis, & ani, & fluxus sanguinis, & ægritudines pectoris, & pulmonis. Auic. 2. 1

In mutationibus Ventorum, morbo sacro laborantes, corripiuntur; maxime Austrinis quidē postea vero & Aquilonaribus; deinde èt reliquis Ventis. Hipp. lib. de morbo sacro, quare dicebat Galenus: pro puero epileptico, qui morbo comitiali laborant, à ventis validis abstineat.

Accidentia Austrinorum fiunt ipsis flantibus, Borealiū vero accidentia expectare oportet, quia non ita citò fiunt. Nicolus Florent.

Hyeme pluribus vti laboribus, plusque sibi assumere conuenit; præsertim diebus Aquilonijs: nam Austrinis laborare quidem similiter; sed minus cibi, & potus assumere oportet. Paulus Aegineta lib. primo,

cap. 53. Austris caput humorem sepe recipit, qui mox Aquilone sine intermissione distillat, Alex. Ben. lib. 7. coll.

Quando fuerint venti collaterales, & aliquibus alijs corrumpantur complexionibus, temperatè, & melius in hominibus volentibus reduci à contraria complexione, & crescunt agritudines, tremores, paralis, & torturæ faciei. Rasis lib. 1. aphor. suorum.

In omni regione, quibuscunq; ex ventis nubes procreari videntur, ex illis habitantium capita frigidissima replentur, & sic corizę nascuntur, & sensus aggrauantur. Damascenus in aphor.

Venti ex Mari in regiones illabentes, sicciores quodammodo sunt, qui vero à niue, aut glacię, aut stagnis, aut fluminibus procedunt, omnes humectant, ac frigefaciunt; tum plantas; tum animantia, & sanitatem omnibus exhibent corporibus; qui vero frigiditate superexcellunt, ij enim lædunt; propterea quod magnas mutationes calidi, ac frigidi in corporibus inducunt: hæc autem perpetiuntur ij, qui in regionibus habitant palustribus, ac calidis propè flumina magna; reliqui vero venti, qui à prædictis spirant vtiles sunt, tū aerem purum, & sincerū exhibentes, tū animę caloris humiditatē præbentes. Hipp. lib. de dięta.

Cum venti non habeant, vnde alimentū trahant: à viuētibus humorem trahentes, & plantas, & omnia animalia lædūt. Hipp. lib. de dięta.

Natura Ventorum talis est, qualia tempora: vnde, & in temporibus suis vnusquisq; dominatur Ventus; siquidem si secundum suam naturam fuerint tempora, non immutantur, sed Venti tempora immutāt, & temporibus deseruiunt. Oribās. 3. Aphor. 4.

Si venti sibi inuicem succedant, & non refrenentur, neque repercutiantur à montibus supra Ciuitatem, erit aer Ciuitatis salubris, & liberior à putrefactione: si vero non efflauerint, sed intercipientur, putredini obnoxius erit: & Venti meliores sunt Septentrionales, post Orientales, demum Occidentales, & deteriores sunt Meridionales; cum calidi sint, & humidi; illi vero frigidi, & sicci, scilicet Septentrionalis; cætera vero collati superioribus; temperati. Auicenn. 2. primi.

Quicunq; Venti ex terra accedunt, eos sicciores esse necesse est; tum à Sole, tum à Terra resiccatos. Hipp. lib. de dięta.

Quicunque Venti, relictis montibus, ad Vrbes accedunt; non solum siccant, sed etiam turbant spiritum, quem inspiramus, & corpora hominum morbosa faciunt. Hippoc. in lib. de dięta.

Venti exsufflantes ex locis profundis, aut locis paludosis, & similibus, plus malignant aerem, quam rectificant. Nicolus.

Melior ex ventis est, qui defertur ex Mari magno; & huic in bonitate proximus est, qui ex montibus defertur, ac peior; qui ex latrinis, paludibus, vel locis madidis est delatus; & medius inter hos est, qui ab alijs locis defertur. Rhabī Moses part. viij. suorum aphor. Celsus tamen lib. 2. cap. 1. inquit; Nam ferè ubiq; ventus à Mediterraneis regionibus veniens salubris: à Mari grauis est.

Venti flantes ex locis altis, vel æqualibus, seu planis, quia non secum portant tot malos vapores, vt faciunt illi, qui deferuntur ex locis profundis, & inæqualibus, maximè aerem purificant. Iacob. de Partibus.

Si Ver, Æstasq; non sine riguo, hoc est; sine humiditate transierint; Autumnus serenus, minusq; ventosus expectandus est. Plin.

Impossibile est simul flare contrarios ventos, secundum diametrum; positi aut ad inuicem, non sic; non tñ ex eodem flatu. Arist. 2. meteor.

Si Boreę temporales multo tempore flauerint, & Autumnus fiat ventosus, Hyems tranquilla fit; si autem è contra, Hyems è contrario.

Arist. siue Theophrastus de signis ventorum.

Ceteris paribus, saluberrimi sunt sereni dies: meliores pluuij, quàm nebulosi tantum, aut nubili, optimiq; hyeme, qui omni vento vacant: Æstate, quibus Fauonij perflant Celsus. lib. 7. cap. 1.

Aquilone perniciosior Septentrio. Plin.

Mare, ob placidas respiraciones, salubritatem insignem facit, vnde nauigantes semper coloratiores existunt, quàm in paludibus degentes. Arist. primo prob.

Atabulus in Apulia, & Olympias in Euboea, nocui sunt; vt Tabes arboribus. Plin.

Aer is optimus est, qui clarus, sine multis vaporibus, subtilis, quietus non præfocatus, sed venti boni venientes ad ipsum, commouent eum: atq; cum attrahitur, delicatus sentitur, qui velocitur post Solis occasum in frigidatur Rasis 3. ad Almanforem cap. xxv. addunt Niculus, & Vicomenis: cui nihil vaporis, aut halitus alieni admisceatur, & à quo non remouentur venti boni, qui sufflant ex terra alta, aut æquali, aut ex collibus paruis, sicuti è contrario aer est malus, ad quem nulli veniunt venti, & quem montes altissimi, & lacunę circundant.

Caligines frequentes, & crassæ, quas Euronotus, vel Auster cogit, maximam pestilentiam prædicunt Alex. Bened. de feb. pest.

Autumni serenitas, vëtosam hyemē facit. Vinc. in speculo naturali. Autumnū serenum præfagit Ver frigidū, vbi sup. si Ver, & Æstas nō

sine aliquo refrigerio transierint; Autumnum serenum, ac densum, minusque Ventosum facient: vbi supra.

Ex anni constitutionibus, quod in totum dixerim, siccitates Imbris salubriores sunt, & minus morbiferę. tertio Aphor. xv.

## Ventorum obseruationes ex Agricultura.

### Cap. XXIII.

**V**ENTOS si norint, multa poterunt præstare in Arte Agricolæ, siue arent, siue serant, vel arbores, & vites ponant, vel etiam antiquissimam illam pastoralem vitam ducant: omnibus etenim agricolationis actibus Ventorum cognitionem summe necessariam esse, hæcque dicturus sum, aperte demonstrabunt: quibus si eo studio animum intenderit, quo debet Agricultor, discet sanè non minimam partem agriculturæ esse cognitionem hanc, quinimò plurimam, sed iam ad obseruationes accedamus.

Venti tribus temporibus nocent frumento, & ordeo; cum sunt in flore, cum statim defloruerint, & cum maturescere incipiunt. Plin.

Fauonium Ventum prodesse frumento, inquit Columella, quod negat Plin. siquidem siccissimus est.

Austrinis diebus peius, sed celerius maturescunt fruges. Plinius.

Hycem Aquiloniam esse omnibus satis vtilissimum est. Plinius.

De arboribus, prius decidit folia flate Austro versus Meridiem. Plin.

Austro spirante, minus exurere creduntur animantia. Plinius.

Aquilo præ alijs Ventis agriculturę accomodus est. Const. Cesar ex florentino.

Semina Gurgulione, & Verme exeduntur, & fructus putrescunt; flante Austro. Ruellius.

Austrinis flatibus, Vermes, Ipes dicti; Vitibus innascuntur. Brunf.

Aquilone gaudent arbores densiores; ab afflatu enim eius lætiores, & materię firmioris sunt. Plin.

Flante Austro, Agricola Vineam ne tractes. Plin.

Pedamenta in Vineis non sunt à Septentrione ponenda. Plin.

In Austrum palmites Italiæ spectent, sed non plagę arborum, vitiumuè. Plin.

In Aquilonem spectent Asiae, Graeciae, Hispaniae maritimae, Italiae, Campaniae, Apuliae arbuta, Vitesq; Plin.

Flante Borea vites, arborefque ponito, sed ne arato, nec fruges ferito, neque semen iacito. Plin.

Versus Septentrionem caue putator, ne arborum plage, neue arbuta, vineque spectent. Plin.

Vere inchoante, vt quidem consulunt, Fauonio spirante, sarmenta accipienda sunt, & statim plantanda. Cassianus.

In Subsolanum salubribus locis Vinee spectent. Plin.

In Vulturnum apiaria, & Vinee Italiae spectare debent. Plin.

Venti marini Vitibus comodissimi sunt; nam loci marini ad vitem maxime accomodi sunt. Democritus.

Quaeunque Vites à Ventis laedi consueuerunt, aut à nebula, aut à rubigine, hae arbores maritate amplius non ledentur. Idem.

Plantae calidae vt thediferae amant loca ventosa, muntuosa, & frigida. Plutarcus.

Albruma ad Zephyrum aquam ex agris, si qua est deduci, vineas, & arbuta, putari.

Austro vinum ne tractes, nec quid aliud, nisi necessario. Cato de re rust.

Fenestras, vel latus cellae vinariae in Aquilonem obuerti oportere scribit Plin. vel vsque in exortum Aequinoctialem.

In plantatione, in vniuersum in tepidioribus locis, Septentrionales Venti commodi sunt: in frigidis Austri. Democritus.

Citrium gaudet aqua larga, & sola omnium arborum ab Austro opem sentit, à Borea autem leditur. Constantinus, ex Flor.º

Flet, & lachrimatur Pinus arbor, vbi Boream efflantem percipit, & antequam Etesiae spirare incipiant, fructus Pini leguntur. Idem.

Amigdale, & Pini cum deflouerint, & Austrinus flatus sequatur, amittunt fetus. Plin.

In Zephyrum oliueta spectare Cato scripsit: hic Ver incoat, aperitq; Terras frigore tenui: saluber hic vites putandi, frugesq; curandi, arbores ferendi, poma inferendi, oleasque tractandi ius dabit. Plin.

Austrum oliueti metator Virgiliarum quadriduo caueat, hunc caueat & insitor calamis, gemmisque inoculator. Plinius.

Ceciam non timet Agricola toto anno, mollit sydera Aestate media, mutatq; nomen, & Etesiae vocatur. Plin.

Caninæ sentis fructum herbarij, auerso flatu, colligendum censent, alioquin oculis periculum imminere. Theoph. prodit lib. ix. de Hist. plant. cap. x c ij.

Contra Cirtium ferere imperitia existimatur apud Ligures, Narbonenses, & Ethruscos, eundemq; obliquum accipere, prouidentia. Plin.

Lens natura resistit aduersus impetus, atq; molestias ventorum; quare seminibus admiscenda, dum feruntur. Hier. Montuus.

Oportet seminatore Borealis dies, & valde frigidus ventos habentes deuitare; in his enim Terram conclusam, & velut horrentem semine non suscipere manifestum est; in serenis autem diebus, hoc est australibus; aut alias tenuiter, & remisse calidis; tum statim semina suscipere; tum ad radicem agendam ea concitare, & plenos fructus facere. Const. ex Democrito.

Inquiunt experimentatores, quod si prima nocte mensis Ianuarij fuerit aer tranquillus, sine ventis, & serenus; annus erit optimus, & fertilis: quod si flauerit ventus orientalis, erit pecudum mortalitas: si vero flauerit ventus occidentalis, morientur illo anno magnates, & Principes: si vero illa nocte fuerint venti meridionales, epidemicos, & pestilentes morbos nuntiat: si vero fuerit ventus Septentrionalis, erit sterilis, & pessimus annus. Io. Camillus Mapheus.

Tonitrua in Ianuario facta; ventos validissimos, & fertilitatem, indicant: in Februario; diuitum multorum mortem: in Martio; fertilitatem, & ventos validissimos, & Ciuica bella: in Aprili; annum placidum, & amenum: in Maio; annonę caritatē: in Iunio; fertilitatem: in Iulio; fructuum copiam: in Augusto; prosperitatem Reipublicæ, & morborum varietatem: in Septembri; fertilitatem, sed magnatum necem: in Octobre; ventos validos, & rerum copiam: in Nouembre; frumenti copiam: in Decembre; copiam rerum pro victu, & in populo pacem. Io. Camillus Mapheus ex Hermete Trismegisto.

Aream in alto loco oportet construere, quo promptè ventum suscipiat; præ omnibus vero cauendum est, ne area secundum ventum domorum, aut hortorum construatur; etenim venti tenuissima queq; ex paleis, citra animaduersionem hominum, inferentes oculis pupillas perurunt, & ex eo multi altero alij, vtroq; oculo sint priuati. Const. Cæsar ex Didimo.

Frumentum probè concludetur in locis super Terram, qui lumen ab Oriente habet, aspiretur item locus moderate à Borea, & Fauonio,

& auer-

& auertatur ab Austro, & huiusmodi Ventis. Const. Cæsar ex Terent.

Granaria spectare debent in Septentrionem, aut Aquilonem; Vnde Varro de re rust. primo cap. 57. dixit; triticum condi oportere in granariis sublimibus, quæ perflentur Vento ab exortu, vel Septentrionum regione, ad quæ nulla aura humida à propinquis locis aspiret, lege Palladium lib. primo, cap. 3.

Pomaria in loco sicco, ac frigido contabulari; Septentrionibus fenestras sereno die patere, Austros specularibus arcere, Aquilonis quoque afflatu poma deturpante rugis. Plin.

Recentes plurimo tempore permanent carnes repurgatæ, & perfrigeratæ, & resiccatæ in locis vmbrosis, & humidis positæ. Borealibus magis, quam Australibus. Didimus.

Si fœminas concipi voles, in Ventum Australem oues iniri cogito, si mares in Aquilonem pascito, vt sic ineuntem ineat. Plinius, & Columella ex Aristot. & Auer. causam huius rei affert in quarto suæ paraphrasis de animalibus, cap. 3. existimatur quoq; Ventos aliquid facere ad generationem, præsertim ad fœturam ouium; nam cum coeunt, & sufflat Ventus Meridionalis, gignuntur fœminæ; flatu enim Austri humectatur semen, quæ quidem humiditas multa est causa incoctionis: flatu vero Septentrionalis Venti, mares generantur, cum huiusmodi Ventus exsiccet, & arefaciat; inditium autem ostendens humiditatem esse causam incoctionis est, quia menstrua fiunt potius decrescen- te Luna, cum huiusmodi tempus sit frigidius cæteris temporibus mensis, humidiusq; etiam propter luminis Lunæ priuationem; nam Luna agit sua propria circuitione, sicuti agit Sol in quatuor temporibus, reuolutione sibi propria. veruntamen causa actionis Solis, est eius propinquitas, & distantia à Zenith capitis per circulum obliquum; causa vero actionis Lunæ, est incrementum lucis ipsius, & decrementum. Narrat enim Arist. quod Pastores imaginantur, non solum diuersitatē Ventorum esse causam fœturæ marium, & fœminarum, verum etiam aspicere regionem Ventorum, quando pecus coit; nam si ad Austrum spectat, fœminæ generantur, si vero ad Aquilonem, mares oriuntur, hæc Auer.

A coitu, cum se pecus circumegerit in Aphricum Vêtum, fœminas conceptas esse scito. Plin. Verum & vt alium Testem habeamus, hæc duo superius dicta comprobantem, audi quid dicat Simphorian. Camperius, in fine sui propugnaculi: status ad huius, vel illius inchoationē  
(loque-

(loquebatur enim de masculorum, ac fœminarum conceptione) plurimum conferre compertum habetur, siquidem ijs Aquilonijs magis, quàm Austris mares gigni, non in genere humano solum, verum & in pecoribus luce clarius est, quamobrem oraculum illud magnopere custodiendum, qui mares concipi affectant, eo spectent, nec recens subtrahimus exemplum, quod pecorum Pastores, qui mares concipi volunt, in hunc, vt sic incuntem ineat eatenus pascunt, quinimmo obseruatum certe, experimentoq; obuium est, fœminas conceptas esse, si à coitu in Aphricum, vt potè qui ex aduerso Aquilonis ab occasu brumali sit, pecus se se circum egerit, quod equidem in vsus humanę conceptionis venire nequaquàm pudendum, hæc Simphorianus.

Tantam vim ventis inesse creditum est, vt ipsis solis, sine maris concubitu equæ possint concipere; vt in Lusitania, in ea regione, vbi oppidum est Olisipo monte targo: alias sacro: ibi enim è vento certo tempore concipiunt equę, vt hic Gallinę quoq; solent, quarum oua Hypomenia vocant Gręci, quæ aues aliquot sine masculi coitu pariunt. Albertus oua venti nuncupat, ex vento enim ea generari putat, & propterea Zephira etiam dicuntur, quoniam flante Zephiro maxime fiunt, vt scribit Arist. & Plin. sed ij Equi non plusquam triennium viuunt; verum velocissimos gigni inquirunt: Solinus, & Plin. innutiles tamen vocauit Columella; quod triennio priusquàm adulescant morte absumantur, quod & si admirabile appareat, huic tamen opinioni calculum adiecit idem Columella lib. vij. cap. xxv. dum inquit: nec dubium quin aliquot regionibus tacito flagrent ardore coeundi fœminæ, vt etiam si marem non habeant, assidua, & nimia cupiditate figurantes sibi ipsæ venerem, cohortalium more auium, vento concipiant, quæ Poeta licentius cecinit.

*Scilicet ante omnis furor est insignis Equarum,  
Illas ducit amor transgargara, transq; sonantem  
Ascanium, superant montes, & flumina tranant  
Continuoq; auidis vbi subdita flamma medullis,  
Vere magis; quia Vere calor redit omnibus, ille  
Ore omnes versa in Zephyrum stant rupibus altis,  
Expectantq; leues auras, & sapa sine vllis  
Coniugijs, vento grauida (mirabile dictu)*

Tygres etiam vëto concipere dixit Oppianus in libros de venatione ad Antoninum Cæsarem; licet ipse non probet, vnde in genere  
corum,

eorum, credidere multi non dari mares, sed tantummodo foeminas: 7

Perdices si aduersæ maribus steterint, Ventusque inde afflet ubi mares stant, mares concipiunt, & maritantur. Arist. v. de generatione animalium, & Plutarchus octavo Sympos. dixit. Ventorum flatus maritant, atquo fecundant aues, & ideo Vultur concipit flante Borea sine mare, si Oro creditur vel Anstro si Florentino: aut quemadmodum fabulantur Ægyptij, & diuus Ambrosius in Exameron videtur approbasse, Vultrij omnes femine sunt, ac vt Zephiro arbores, sic ille Euro grauidæ sunt, ideo Albertus Vultrij nidum numquam visum fuisse scribit, ex Arist. lib. vj. de Hist. animalium cap. v. & Plin. lib. x. cap. vj. & Germania testatur, in qua frequentes Vulturum nidi visuntur in quibus vt ex diuo Hier. nobis compertum est, Vultures cum ceperint oua edere, quidpiam ex indico tractu afferre, quod est tamquam nux, intus habens, quod moueatur, sonumque sub inde reddit. Aetitem lapidem Phisici vocant, id vero sibi vt apposuerint multos fetus producere; sed vnum tantum remanere, qui immusculus à plerisque dicitur. Mastarius vero eo nomine pullum Aquilæ intelligit, priusquam albicet cauda, est autem Vultur Hermodori Pontici sententia, animalium omnium innocentissimus; quia nil prorsus attingat eorum, quæ ferant homines, plantent, alant; animantium præterea nullum interimat, volucrisque vel mortuis abstineat, quodam cognationis intellectu; animans tamen hæc cadauera iam tabida summe affectat, & rapit auidissime ex quo & Catullus. lingua exerta auido sit data Vultrio, & ideo mira pollere odorandi vi scribunt Classici Auctores: vnde diuus Thomas per quingenta millia passuum ab Vulturibus (addit diuus Hier. etiam ab Aquilis) persentiri cadaueris putorem: sūt & qui non tantum cadauera putrida presentire tradant Vultures; sed & futuram stragem prænuntiare, mira quadam præensione, quin & ingruentis mali certissimum haberi præfagium; vbi exercitum aues in sequantur huiusmodi, cuius rationem pericrutari difficillimum censuit Albertus, in potestate Stellarum occultiore fieri collibeat credere; Coruos hoc quidem ipsum quandoque factitasse compertum est, & ideo in augurijs, Vultur, apud Gentiles auis præstantissima semper est habita, quia raro conspiciebatur, quare semper aliquid portendere existimabatur, sed de his iam satis multa, transeamus modo ad nauticas obseruationes &c.

## Ventorum obseruationes ex arte Nauticâ.

## Cap. XXIII.

**I**NTER præcipua Nauigantium pericula, quæ numero septem sunt, nec plura esse possunt, non videtur maius nautis contingere posse periculum, quam quod impetu, & Ventorum, ac tempestatum sequitia euenit; quorum ratione Naues obruuntur, ad scopulos franguntur arena circumdantur, & tandem desumptis præsijs, malo, velo, temone, ancora, remis, & alijs quibuscunque, in altum mergi necesse est, vt itaque tanto periculo resistere possint, ac valeant Nautæ propter multa signa iam dicta, Ventorum impetum ac tempestates concernentia, ijs alia à mari, & annexis adijcienda esse putauit suntquæ ea, vt plurimum quæ à peritioribus nautis obseruantur signa.

Aqua Maris tepida existens, infra triduum ingentem tempestatem, & maximum Ventorû impetum indicare pro certo affirmat Lemnius, de secretis nature lib. secundo.

Aqua in portu tranquillo stans à cursu, si intra se murmurauerit; Ventum indicat. Plin. & Lucanus v. Pharsaliæ, & Virg. x. Aneid.

Tranquillo Mari si ripe & littora resonabunt; asperam tempestatem nuntiant. Plin.

Mare silentio intumescens, in altumq; se attollens, Ventos prænuntiat marinos. Plinius.

Si in mari repente tranquillitas fiat, Venti mutatione, aut augmentum significat. Arist. & Plin.

Siphones in Mari, Borealem Ventum significant; inundatio vero Australem. Plin.

Si ex Borealibus Siphones veniant, in Australem mutant; & e contra. referunt Nautæ huiusmodi Siphones sepiissime Naues in altum eleuare, donec vis eorum defecerit, deinde sinunt eas cadere, quod & confirmat Theon.

Si in mari sicut pappi multi, qui fiunt à spumis, Ventum significat. Plin. Si spumæ disperse, aut aquæ bullantes; Ventos, & tempestates indicant. Plinius.

Aquis pluma innatans; Ventum significat. Plin.

Mare cœruleum; Austrum portendit. Arist.

ii Mare atrum, obscurumque Aquilonem significat. Arist. *De Meteor.*  
 .o. Duę reflexiones in Occidentem, & vna in Septentrionem, & alia in  
 Austrum, Zephyrum generant: duę in Orientem se diuidentes, Eurum  
 procreant. Orientales, & Occidentales in Septentrionem concurren-  
 tes, Boream in Austro vero, Austrum excitant. si Orientalis vergens in  
 Austrum velocior sit occidentali, Ventum medium inter Zephyrum,  
 & Boream mouent: si autem e contra fit, medius inter Boream, & Eu-  
 rum excitatur. & sic de alijs. autor philosophicę Margherite.  
 In magna tempestate apparent duę Stelle velo insidentes, Pollucis,  
 & Castoris numina, quibus se addiuuari periclitantes existimant; soli-  
 tarium Sydus Helenam vocant dirum nauigantibus; ideo Propertius.

*Candida felice soluite vela Choro*

Non stellam vnam, sed geminas intelligens. vnde Ouidius.  
*Vos quoque Tindarida, quos hac colit Insula fratres,*  
*Mite precor duplici numen adeste rati.*

Stellas has, que in nauigiorum malis, & antennis quandoque vi-  
 suntur, Xenophanes nubeculas quasda esse credidit, que certo quod-  
 dam motu agitate resplendent. Metrodorus, nauis timore consterna-  
 tis oculos interlucere, putat: rei tamen veritas est; non esse Stellas,  
 sed impressiones ignitas, causatas a vaporibus crassis eleuatis a Naui in  
 primam aeris regionem, & noctis frigiditate condensatis, qui cum  
 inuenerint vbi adherere possint, adherent accenduntur, ardentque,  
 donec finiantur, & in totum consumantur, ac euanescant. huic ac-  
 censum vaporem nauis Sanctum Eremum esse credunt, qui descen-  
 dens e Caelo, in naufragijs eis presto sit, sed in hoc falluntur. verum  
 quippe optime, ac religiose agunt, orantes Deum, optimum, maxi-  
 mum trinum, & vnum. vt meritis Beati Eremi, ac eius intercessione,  
 eos liberet a naufragio, & manifesta morte. hos igneos Petrus de Ca-  
 stroboñ: serenitatem indicare scripsit. presertim si duo, vel plures ap-  
 pareant, quod arguit vaporum copiam materiam tempestatum con-  
 sumere valentem, si vnus tantum sit ignis, cum non possit consume-  
 re, ac vincere tempestatem, dirum nauigantibus existimantur signu:  
 huiusmodi etiam ignes, in nocturnis Militum vigilijs, apparere quan-  
 doque in summatibus lancearum, & super cadauera mortuorum: pre-  
 sertim vbi facta fuerit maxima hominũ strages, & occisio, nec non cir-  
 ca patibula, & cimiteria, propter vapores vinctuosos, crassos eleuatos a  
 cadauerib. mortuorũ de facili inflamabiles: super capita etiã hominũ

vespertinis horis, maximo præfagio & brutorum animantium, vi si sunt apparere, vt scribit Plinius, & testatur Virgilius de Iulio Ascanio.

Vindæ ventosæ, & spiritu plene; Venti signum. Arist.

Spirante Sirocco videtur Mare velocius moueri Vêto. Apponensis.

Velox fontium diminutio, fluuiorum, atque Maris exsiccatio; Ventum, & pluiam indicat. Sueff.

Delphini lasciuientes, Mari tranquillo; Ventum ex qua parte veniunt indicant. Plinius.

Illud obseruandum est, vt Possidonius inquit: cum ex Hispania retro nauigatio habenda est, in eo Mari vsque ad sinum Sardiniensem, Ventos spirare subsolanos, id est Eûros.

Si fuerit nebula in Mari, & Terram petat; Vento tamen illi existente contrario; futuram pluiam prædicat. Sueff.

Cephon à Mari eundo, fortiter cum clamauerit; Venti est signum. Theon. est autem Cephon, Catus marinus, cuius caput niger, & relique corporis partes albæ sunt, palumbo paulo minor, cauda breuis, alis verò magnus, vt vult Sueff.

Herodius auis matutinaliter clamans, & supra Mare volans; Venti signum est. Theoph, Herodium auem transfert diuus Augustinus fulicam, Ardeolam, Theodorus Gaza: sicut leucorodion, albam Ardeolam. verum Suidas auem putat, quæ in coitu sanguinem exsudat, & Ciconiæ similem facit, dicitque: Herodium, quasi elodium, quod in Paludibus versetur.

Ventus si ab Aurora flare incipiat, durat magis. Arist.

Boreas die fortis spirat, nocte verò cadit. Arist.

Boreas incipiens magnus est, finiens autem paruus.

Auster autem è contra ynde in adagio fertur.

*Cum cessat Boreas, cumque Auster surgere capit,*

*Omnibus est bonum Nauigijs soluere vela.*

Boreas nocturnus numquam extenditur vltra tertium diem. Arist. diuturniores enim, & fortiores Venti; sunt, qui die incipiunt, quam qui nocte.

Aquilo crebrius, quam Auster spirat. Arist.

Aquilones anniuersarij finiente die cessant, & nocte non flant, & Etesia vocantur.

Boreales ferè desinunt impari numero, quæ obseruatio in multis rerum nature partibus valere cõpertum est, Austri verò in paribus. Arist.

Austro

Austró maiores fluctus eduntur, quàm Aquilone, quoniam ille infernus ex imo Mari spirat: hic summo, ideo post Austros, noxijs Terref motus. Plinius.

Noctu Auster, interdiu Aquilo vehementior: Plin.

Austri Hyeme, atq; in eunte Vere, & Autumno finiente spirare solent, vndosiq; sunt, & conuersiui. Arist.

Auster hybernis noctibus minus spirat, quàm diebus. Arist.

Post niuem Auster, post pluuiam Boreas consuevit flare. Theoph: pluua igitur magna, & nix; sunt inditia futuri venti.

Post pruinam Auster moueri solet. Arist. ideo pruinam Austri inditium est.

Cælo quamuis sereno, nubecula quamuis parua, ventum procellosum dabit. Plin.

Nubes vndecunq; oriantur, inde ventus. Theoph.

Fit glacialis Hyems, Boream si duxerit Auster, nam post Austrum, citò Aquilo spirat, post Aquilonem, non cito Auster. Arist.

Zephyrus vespere diei spirat, nocte cessat, & flat Vere, & Autumno. Aristot.

Mare, Fauonio nascente purpureum videtur Cicero in Academ.

Vulturinus, si à serena parte Cæli caperit, non durabit in nocte. Plin.

Ventus quisquis, si feruidus sentitur, pluribus diebus permanebit. Plinius.

Si in Hyeme fuerint coruscationes; & tonitrua, & fulgura; inditium est tempestatis, & maximorum Ventorum. Lemnius.

Diminuta, & decrecente Luna, fiunt magis Venti. Suesanus.

Ad tuberem Lunæ, subsequitur validissimus Ventus.

Mare aliena omnia eiecit in Terram, magnum inditium est, è Mari alga permulta in littus proiecta, hoc magis spirante Vento contingit. Strabo.

Si duo venti simul diminuerint, & tempestatem excitauerint, superior vincet, & magis durabit: Diuus Thomas.

Mare turbatum, olei aspersione sedatur. Valturius.

Interlunij tempus, diram nauigantibus pestem, non solum ratione, sed vsu, & experientia, rerum magistra comprobatur. Valturius.

Secura nauigatio creditur post ortum Pleiadum, à sexto Kal. Iunij, vsque in ortum Arcturi, idest in 13. Kalen. Octobris: ratio, quia Æstatis beneficio Ventorum acerbitas mitigatur, idem à 13. Kal. Nouembris,

bris, vsque ad tertio Idus Nouembris, incerta nauigatio, & discrimini propior, licet consentiant ferè omnes tutissimam esse nauigationem, ob dies Alcyonios, de quibus fufius locuti sumus; in nostra temporis catena. annulo xxviiij.

o A tertio Idus Nouembris, vsque ad vi. Idus Martij Maria clauduntur propter Hybernos fluctus maximos quos mouet natura circa ocea sum Virgillarum; hoc autem nostris temporibus non obseruatur, nihil enim in ausum reliquit nostrorum temporum auaritia.

## Ventorum obseruationes ex Astrologia.

### Cap. XXV.

**A**V DENT multa Astrologi predicere; tum maxime de Ventis ipsi, concurrentibus ad inuicem Planetis, verum in omnibus non temere pronuntiandum esse reor, vt inquit Ilocrates, vnde Galenus noster, qui de dubijs prompte enuntiat, temerarius est, & minus in his, cum ad Ventorum eomotionem & agitationem multa concurrere signa Zodiaci, triangularitates, cardines, nec non regionum, & locorum qualitates, stelle, tam errantes, quam fixæ, & horum omnium syderum statum, habitum, situm, collocationem, & configurationem diligenter perpendere, ac contemplari oportet, & cū anni partibus conferre summa diligentia est. Quare nil mirum, si tantopere dissentiant inter se, & digladiantur in predicendo de Ventis, Autores, quocirca animo conceperam, quæcunque in hoc capitulo à me dicenda veniunt, omnia silentio inuoluere; Verum cum certa experientia compertum sit: Planetas omnes nec non stellarum fixarum imagines, ad Ventorum excitationem concurrere: idcirco non silere, sed opera Domini propalare decreui, vt inde eius incomprehensibilis potentia manifestetur. Dicunt itaq; Astrologi. Valuarum apertionem ex Ventis fieri cum Luna Ioui opponitur, vel Mercurio vel quadrato sic in aspectu, Conciliator dicit; si coniungatur Luna Ioui in signo Cancræ, erunt Ventis validissimi, vel cum Mars, & Mercurius fuerint oppositi, vel quadrata radiatione se respiciant, vel cum alter alterius domum occupauerit vigorari autem scribunt huiusmodi radiationes, si in aerea fuerint triplicitate, hoc est Gemini, Libra, & Aquatio; sit etiam ex Ventis, vt dicunt, apertio portarum,

tarum, si Luna, & Iupiter fuerint in Ariete, vel Scorpione, & Luna equali potentia Mercurio coniungatur, & nedum in aspectibus talem inesse vim dicunt, sed & planetas propria facultate certos mouere flatus, vt Saturnus Orientales; Mars Occidentales; Iupiter Boreales; Venus meridionales; Mercurium omnes adiuuare. licet Rodiginus dixerit: ab Oriente vi Solis euocari Ventos, & Iouia potestate à Septentrione, præcipue in domo sua, vt vult Alchindus: vel Saturnia, secundum perferutorem in lib. de temperie aeris: lunari ab occasu; & Martia à meridie, præsertim in Capricorno, vt asserint Alchindus. Iaphar autem in suo lib. de pluuijs inquit. Planetas Ventos causantes fore Solé, Martem, & Mercurium; secundum tamen Ptolomeum, & Albumasarem, planetæ, cum alicui tempore soli dominantur, aliquid super Ventos significant; vt Saturnus, nauium in Mari submersionem; Iupiter, Ventum humidum; Mars, Ventos validos, & perniciosos; Venus, Ventos temperatos humidos & multi nutrimenti; Mercurius Ventos turbinosos, repentinos, & de facili mutabiles; Mars, & Mercurius, vt scribunt Aomai, & Alchindus: Ventos excitant validissimos, hanc proprietatem etiam signis, alij attribuunt Astrologi, secundum eorum triplicitates, vt ignea; Aries, Leo, Sagitarius; concitat Ventos Orientales: aerea, Gemini, Libra, Aquarius, Occidentales mouet: aquea, Cancer, Scorpio, Piscis; Septentrionales: terrea, Taurus, Virgo, Capricornus; meridionales: quibus non subscribit quidam dicens ad literam quartum sunt signorum partes, in quibus Planetæ illi fuerint; nam Aries, Leo, Sagitarius; Ventum mouent inter Septentrionem, & occidentem: Taurus, Virgo, Capricornus, inter orientem, & meridiem: Gemini, libra, Aquarius; inter orientem, & Septentrionem: Cancer, Scorpio, Piscis, inter Occidentem, & Meridiem: vnde egregie falluntur, qui hos trigonos, vel orientales, vel Occidentales, vel Septentrionales, vel Meridionales appellare nituntur, cum nihil minus sint; sed medijs inter has regiones, hæc Cardanus. Libram etiam dici Ventorum signum, ex Astronomica scola didicimus, quod Sole in ea constituto, vbertim meridionali Vento suppeditetur exhalationum materia, verum vt antea dictum est, consideraude sunt, in Ventorum prædictione, anni partes: an Ver, Æstas, Autumnus, Hyems; nec non & regiones, & loca, in quibus fit iudicium: siquidem eadem constellatio, in vna parte, & regione, flatu excitat; in alia pluuias; vt scribit Pontanus, Apuliæ, & Campaniæ euenire; nam Cœlum Campanum per  
quam

quam humidum esse dixit; Apulum verò siccum: quo sit vno, eodemque tempore, nisi alia stella impedierit, in Apulia fient Venti in Campania vero fiant pluuie; quare illud animaduertendum est, quod cum quis Meteorologicus iudicium affert de Ventis, pluuia, tempestate, serenitate, tranquillitate, & similibus; non ad immensum iri, sed tantum debere intelligi sub proprio Horizonte, qui est circulus Stadiorum M. C. xxxj. fere, ex Suesf. lib. Secundo de Helionoricis figuris enuntiato vj. quare tanto ambitu, iudicium accipiendum est, & non aliter; nihil enim ad me, qui apud Foroliuenses iudico de Ventis, pluuia, & similibus; an apud Gallos, vel Hispanos, & alias nationes fient Venti, vel pluuat, an non erit enim iudicium accipiendum tantum, pro tota regione, quæ orizonte describitur, eoufimiliter sciendum est. Æstate, atque Hyeme, incerta esse signa Ventorum, & pluuiarum: nam præ nimio calore Æstate, nubes aut cito dissoluuntur in eadem regione, aut diuiduntur, aut disseminantur; vnde fit, vt in eadem regione, quæ vno, eodemque Orizonte describitur, Æstate hic pluat, illic sit serenum; nam calidum vrens, per antiparistasim diuidendo nubes, hic condensat eas in pluiam, illic ressoluit in serenum; Hyeme vero propter nimiam frigiditatem, prohibetur vaporum, etque exhalationum generatio, & Æstate quidem signa serenitatem, & tranquillitatem indicantia, certiora sunt; quàm Hyeme; at Hyeme, è contra certiora quidem sunt signa Niuis, & pluuie, quàm serenitatis & tranquillitatis: tempore enim Æstatis, duo testimonia pluuie minus valent, quam vnum in Hyeme; & è contra, duo testimonia serenitatis in Hyeme, minus valent, quam vnum in Æstate: illud etiam prætereundum non est, quod exponit Theon, ex Arato: cum velis futurum tempus præcognoscere vt respicias oportet, signa semper à dispositione contraria, vt serenitate existente, tempestatis; & tempestate existente, serenitatis signa respicienda sunt: est etiam adnotatione dignum in Luna, quod Ventus, qui viget in aliquo Lunæ articulo, plerumque viget, quousq; Luna transit ad alium articulum, quod autoritate Ptolomei, & Iohāni Hispalensis probabile est; sunt & aliqui, qui præceptiones aliquas coniuersales, ex statione planetarum in Zodiaci signis colligunt, & maxima Iouis, cui multum tribuunt Astrologi in hac materia; & ideo Imperator Constantinus in suo de agricultura lib. ex Zoroaste, & alijs scribit. cum Iouis stella in Ariete steterit, quæ domus Martis existit, totus annus Borealis erit, participans etiam cum Euro Vento; & cum fuerit

fuerit in Gemini in domo Mercurij, totus annus Austrinus erit, & Aphricum sentiet; si vero fuerit in Leone in domo Solis, eo anno Hyemis principium frigidum erit, & aquosum, cum magnis Ventis, ita vt arbores concidant; & cum fuerit in Virgine in domo Mercurij, Autumnus ventosus erit, & saluber; si vero propriam domum occupauerit, nempe Sagittarium; finis Hyemis ventosus erit; & Ver Austrinum, & pluuiosum, Mare procellosum, & Venti Serotini; at si in Capricorno extiterit Saturni domicilio finis Hyemis erit ventosus, & Etesiaē splendidi spirabunt; si vero in Aquario eiusdem Saturni domicilio, erunt Venti multi; quod si in Piscibus propria domo fuerit; medium Hyemis ventosum erit, in Vere spirabunt Venti Fauonij splendidi, Autumno Venti vitiosi: Stella etiam primæ magnitudinis mouendi Ventos facultatem habent; ideo Arist. dixit Auster Oriente Canicula mouetur, idq; lege naturæ certissima, & in Oriente fiunt maxime dies varij, & indeterminationes Ventorum, idq; intelligendum de ortu cosmico: cæterum obseruatione compertum est, Occidente Orione in fine Hyemis, & Oriente in fine Æstatis, moueri magnos, ac varios Ventos; idem & Arcturus Oriens, & Occidens; tempestates, & graues Ventos mouet; hoc idē & Auriga facit Oriens videlicet, & Occidens; quorum etiam meminit Plin. refert Albertus se à rusticis accepisse, & duobus se se annis obseruasse; Sole currente per signa Hyemalia, scilicet Capricornum, Aquarium, & Pisces; si tonitrua audiantur, initio Veris; & forsitan toto anno Ventos esse: insuper etiam signa Zodiaci, quædam super Maria prærogatiuam habere testatus est Albumasar 3. inductorij: vt notat Petrus Apponensis 2. 5. prob. 7. prob. in commento dicens: sunt quædam Maria, quæ propter Ventos in eis generatos, nō possunt nauigari, ab ingressu Solis in primum gradum Scorpij, donec ad Pisces pertingat, quod est spatium quatuor mēsum, quod propter Solis ab inde accidit, recessum, & est Mare à Seni: est & aliud Mare, quod quis nauigare non potest, cum Sol fuerit in oppositis signis, opposito modo: verum istis temporibus spreto Platonis consilio, in de Republica: vbi fugiendum Mare censet perinde ac improbitatis Magistrum, adeo creuit hominum audacia, auriq; dira fames, & amor sceleratus habendi, vt velo, & remis dominantur Maria, ac omnibus anni temporibus reddatur nauigabilia; omuium autem primi Iason, & Tiphis vitam Ventis commiserunt, & vias Maris (quas natura negat teste Claudiano) aggressi sunt, cæterum tempestates in Mari, ab impetu

Ventorum inter se flantium, siue duo, siue tres fuerint, fieri creditum est: horum enim impetu Maria, quæ sua sponte tranquilla sunt, vndis æstuantibus sæuiunt, & propterea Virg. 1. Aeneid. tempestatem à Ventis abortum, sic describit, dicens:

*Vna Eurus, Notusque ruunt; creberque procellis  
Aphricus, & vastos voluunt ad littora fluctus.*

Sunt & aliæ multæ Astrologicæ obseruationes in materia Ventorū, quas ob Astrologorum discordiam lubens prætereo: discordant primum in triplicitatibus, Alchabittius, & Bonattus noster Foroliuiensis, à Ptolomeo: in plantis vero, omnes inter se dissentiunt; vnde Haly, videns has Astrologorum discordias dicebat: in prædicendo de Ventis, magis esse credendum experimento, quam naturalibus argumentis, & ad hoc etiam alludens Ioannes Anglicus in sua summa dicebat: in Scotia, & Anglia Venti sunt validissimi Boreales, & tamen secundum Ptolomei sententiam, tales Ventos mouet Iuppiter Planeta mitis, & beneuolus; à quo deberent excitari Venti mites & placidi: quare dicam ego breuiter, in tanta opinionum varietate de motoribus Ventorum, cum non videatur posse aliquod firmamētum certum elici, vnde possumus pronosticari de Ventis; relinquendum esse negotium summo rerum omnium opifici D. O. M. crediderim tamen, tantorum Virorum discordiam, non aliunde prouenire, quam ex diuersitate regionum, in quibus fuerunt, vel studuerunt; diuersitates enim Clymatum; vt alibi diximus, facit diuersitatem naturæ, & qualitatis Vētorum, & per consequens motorum, propter diuersitatem Orizontorum, & ideo rectè dictum à Philosopho 6. prob. quod non omnes Venti vbique pluuiiales sunt, sed alio, & alio loco, si tamen discensiones istas scire cupis; lege Ioannem Anglicum, qui multa quidem de his scripsit, & tradidit ex semet, & ab alijs accepta retulit, ex Iaphar, & Aomar in tractatibus de pluuijs, ex Dorotheo, & Hermano in tractat. de imbribus, nec non & ex Linconiensi, & Perscrutatore in tract. de temperie aeris, & quemadmodum dantur Maria in quibus perpetuo vigent Venti, ita & dantur regiones, in quibus continuo spirant flatus, quemadmodum superius diximus de Sicilia, & Gonoessa, Echoliæ Ciuitate ex Seneca: in quibus refert maxime homines somniare, & de his hæcenus.



# Ventorum obseruat. ex Archit. C. XXVI.

**S**ITVM, ac positionem, secundū Ventos, tum Ciuitatū, tum domorū perfecte cognoscant, ac intelligant. Medici oportet: vt proprios, & peculiare eorundem morbos præcauere, ac prædicere, & sciant, & valeant: nec minor diligentia, ac solertia curari debēt. Architecte omnes, vt recte, ac salubriter positę sint, & Ciuitates, & Domus: idcirco q̄ ad Architecturam pertinent, quantū ad ventorum partes spectare viderur, in presentiarum subiungā, vt diligēs Architectus omni adhibita diligentia, Domos, Castra, & Ciuitates construat, ædificet, ponat, & recto ordine, ac conuenienti positione ad Coeli regionē dirigat, vt per optimē Architecturę parens *Victuū lib. 1. de Archit. cap. vj.* monet, dū inquit, dirigentur autē recte, si exclusi erunt ex angiportis Venti prudenter, qui si frigidi sunt, lædunt: si calidi, vitiant; si humidi, nocent: quare vitandum hoc vitiū & aduertendum ne fiat, quod in multis Ciuitatibus vsu solet euenire, & exemplificat de Mithilene Oppido, in Insula Lesbo, quod quidem magnificē est ædificatum, & eleganter, sed positū non prudenter, & subdit, in quo cū Auster stat, homines agrotāt: cum Chorus; tussunt; cum Septentrio; restituntur in sanitatē; sed in angiportis, & Plateis non possunt cōsistere, propter frigoris vehemētiā, hoc idē ferē contingit, in oppido apud Brixia, (vulgo Orcinone) quod quidem cū absq; aliqua Ventorū animaduersione structū, & ædificatū fuerit, maxime à Ventis ipsis patiūtur habitates, vt scribit *Dan. Barb.*

Venti si à Ciuitatibus, & domibus exclusi fuerint, non solū efficiēt corporibus valentibus locum salubrem, sed etiam si qui morbi ex alijs vitijs fortē nascuntur, qui in cæteris salubribus locis habēt curationes medicinæ cōtrarię, in his propter temperaturam exclusionis Ventorū, expeditius curabuntur. *Vitruū:*

Platearum, & angiportorum designationes inter duas Ventorū regiones sunt per angulos describendæ, siquidē ea diuisione facta, exclusa erit ex habitationibus, & vicis Ventorum vis molesta; frangentur enim repulsiq; dissipabuntur aduenientes ad angulos Insularum.

Ciuitates ad Septentrionem positæ, fortiores existūt, & frigidiores, ad Meridiem vero calidiores. *Rasis 4. ad Almanforem.*

Ciuitatem Septentrionalium complexio frigida, & sicca existit; Meridionalium verò calida, & humida. *Nicolus.*

Ciuitates, quas cooperiunt Montes Septentrionales, & ad quos non possunt peruenire flatus Septentrionales, amittunt virtutes, quas eis tribuunt Venti huiusmodi; quapropter complexio eorum reddetur calida, & humida, cum primū peruenerint Venti Meridionales. Niculus.

20 Vbi ab Aquilone caua loca Urbibus adiacent, ab Æstiuis Ventis calida, & morbosa hæc regio existit; propterea quod neque Aquilo perflans puram spiritus inductionem exhibet; neque ab Æstiuis Ventis perfrigeratur. Hipp. libi secundo de diætâ.

21 Vbi regionibus montes ad Austrum, in ijs squalidi Austri & morbosi afflant. Hipp. secundo de diætâ.

22 Insule propinque continenti, tempestuosiores sunt, & egre in ipsis hybernamus, Marine vero tepidiores sunt Hyeme, propterea quod Niues, & Glacies incontinenti stationes habent & Ventos frigidos in vicinas Insulas mittunt. Hipp. secundo de diætâ.

23 Quęcunque Ciuitas ad Ventos sita est calidos, huic ij Venti sunt peculiare; à Septentrionalibus autem Ventis tuta, ac protecta ea Ciuitas est. Hipp.

24 Vrbes, q̄ bene sitæ sunt ad Solē, & ad Vētos, & bonis vtuntur aquis, minus mutationib. sūt obnoxie; quæ vero nō item, iste magis. Hipp.

25 Quęcunque Ciuitas sita est ad Ventos frigidos, inter occasum Æstiuum, & Orientem Æstiuum; ij Venti vernaculi sunt, & indegenę; ab Austro vero, & Venti calidis protectę sunt Hipp.

26 Quęcunque Vrbes ad Orientem Solem salubriores sunt, cum ad Septentrionem; & ijs, quæ ad calidos Ventos sitę sunt, etiam si stadiū solum intersit. Hippoc. quia calor, & frigus in illis minora sunt, & siciora, morbus quoque lenior, & minor, vt addit Gazius Patauinus.

27 Ciuitates ad occasum sitę, à Ventis ab Oriente spirantibus protectę sunt; & tum leniter calidi Venti afflant, tum frigidi ab Vrbs præterflant, eas Vrbes, necesse est situ morbosissimo politas esse. Hipp.

28 Ciuitatēs, quibus Mare à parte Septentrionis adiacet, frigide sunt, propter Ventorum Septentrionalium volitationem, qui in natura sua frigidi sunt; super faciem aquæ; si vero habuerint ad meridiem, erunt calidiores; si ad ortum, vel occasum, erunt in actiuis temperatę. Nic. Florent.

Ciuitates montuose, Ventose sunt, & dum nix ibi moratur fiunt ibi boni Venti; si vero habeant Ventos prohibentes Ventos, fit vaporosa Terra. Nic. Flor.

Loci maritimi vt plurimum salubriores sunt, & montani, & accliuies, ad Boream vergentes, qui vero prope paludes, & Stagna, aut in locis concauis, aut ad Austrum Ventum, aut ad Occidentem inclinati sunt; morbofi sunt. Const. Cæsar ex Didimo.

Venti ex Orientalibus partibus spirantes saluberrimi sunt, & Soli; calor citius irrumpens attenuat, & dissipet omnē aeris crassitudinem, ac caliginem; quare Domus ad Orientem construenda est, & fores, nec humiles domus, atque arctæ sed altæ, spatiosæ, & amplæ. Const. Cæsar.

Locus pro Ciuitate construenda sit excelsus, non nebulosus, non pruinofus, regionesque Cœli spectans, neque Æstuosas, neque frigidas, sed temperatas; euitetque palustrem locorum vicinitatem, cum enim aurē matutine, cum Sole Oriente ad oppidum peruenient, & ijs ortē nebulæ adiungentur, spiritusque Bestiarum palustrium, venenatos flatus cum nebula mixtos in habitatorum corpora spargent, efficiant locum pestilentem. Vitruuius.

Si secundum Mare erunt menia, spectabuntque ad meridiem, aut Occidentem, non erunt salubria; quia per Æstatem Cœlum meridianum, Sole Exoriente, calescit, meridie ardet: item quod spectat ad occidentem, Sole exorto, tepescit, meridie calet, Vespere feruet: quare mutationibus frigoris, & caloris corpora vitiantur. Vitruuius.

Petiores Ciuitates sunt, quæ offenduntur à Ventis Orientalibus, & à Ventis calidis, & frigidis perflantur. Rabi Moyses particula v. suorum aphorism.

Terræ Orientales sunt, quæ positæ sunt in summitatibus montium, super quibus Sol lucet tota die, item Ciuitates Orientales sunt, quas perflant Venti Orientales & ipsarum pars occidentalis cooperta est, & Orientalis discooperta, & Terræ Occidentales contrariæ sunt istis, idem particula xxiii.

Facies Occidentalis habitationis non approbatur, propter frigidos Ventos, & humidos, qui in pluribus locis sunt causa pluuiarum. Auer. in Cant. com. centesimo.

Habitationes uersus Meridiem fabricatæ, fenestras habentes illi expositas, non approbantur, quamuis à multis Architectoribus fabricentur, propter luciditatem maiorem, non intelligentes tamen, quod insalubres sunt, cum ratione caloris tum ratione Ventorum.

Fenestræ ac Portæ domorum, sint Orientales, vt Venti stricturas ingredi

gredi valeant, & Sol ad vnumquemque locum intrare queat, qui ibi existit; quoniam ipse est, qui aerem rectificat. Gazius Patauinus in Florida corona, ex Auic.

Sub Septentrione ædificia testudinata, & maxime conclusa, & non patentia, sed conuersa ad calidas partes oportere fieri videntur; contra autem sub impetu Solis, meridianis regionibus, quæ præmuntur à calore, patentia, conuersaque ad Septentrionem, & Aquilonem sunt facienda; ita quod vltro natura lædit, arte erit emendandum. Vitruuius.

Bibliotece ad Orientem spectare debent, quia libri non putrescunt, nam in his quæ ad meridiem, & Occidentem spectant, à Tineis, & humore vitiantur, quod Venti humidi procreant eas, & alunt, infundentesq; humidus spiritus; pallore volumina corrumpuntur. Vitruuius.

Montes alti, & plures vertices habentes, aquosi sunt, & maxime ad Boream, & Septentrionem sitæ Montium partes. Const. Cæsar.

Materies cedenda pro construendis ædificijs, est à primo Autumno, vsque ad id tempus, quod erit antequam incipiat flare Fauonius. Vitruuius. Fauonius autem flare incipit, vt Columella scribit lib. xj. cap. secundo septimo Idus Februarij.

Balnea non ad Boream, & Septentrionem vergant, sed ad occasum hibernum, aut ad Meridiem, & sint ampla, & purum aerem suscipientia. Const. Cæsar ex Didimo Balneorum locus sit quam calidissimus, auersus à Septentrione, & Aquilone. Vitruuius. & Caldaria, tepidariaque, lumen habeant ab Occidente hyberno, vel saltem à meridie.

Sole Occidente, cum quis voluerit orare Deum in occasum intendere debet, Sole vero in Oriente, in eum, qui Subsolanus dicitur; si medius affusserit dies, in Austrum debere conuerti, hoc autem fuisse superstitionis veteris, scribit Mercurius Trismegistus in fine Asclepij: Ecclesia autem nostra Catholica, Romana, semper in Orientem, ea parte, qua Terra primum illuminatur se conuertit, & CHRISTVM. Orientem appellat, & propterea diligens Architectus in ædificandis DEI domibus, ita eas disponere debet, vt Altare maius ad Orientem Solem positum sit.



## Ventorum obseruationes in Thermarum administratione. Cap: XXVII.

**R**igiditas extrinseca aeris pluuiosa, vel ventosa aquam  
thermarum alterat, ac eius vigorem debilitat: Sauro.  
Si Balneandus à constitutione Boreali se non custodie-  
rit, in stipticitatem Ventris incurret, oculorum mordi-  
cationem, & circa pectus, & Ilia dolorem: quod si caput

plenum humiditatibus habeat, incurret tussim, & forte Apoplexiam,  
maxime hæc cōstitutio obseruāda est, in assumpt. aquæ Porret. Sauro.

Constitutio Austrina, iuuante Balnei caliditate, humores dissoluit,  
& capitis dolorē, inducit surditatē, & oculorum tenebrositatē facit. idē

Constitutione vigente frigida, Ventosa & humida si Balneādus ab  
ea se non tueatur, iuuante caliditate Balnei, periculum incurrit, ne fiat  
pleuriticus, ex pleuresi phlegmatica, sed incurrat tussim, peripneumo-  
niam, & laterum dolores, & Apoplexiam. idem.

Vigentibus Ventis, administranda sunt Balnea in Camera. idem.

Qui vult petere Balnea, fugerit tempora Ventosa nimiū, & pluuiosa;  
aut aliter male disposita, quia talis mala dispositio aduertitur malis  
qualitatibus Balnea inficit. Antonius Fumanellus.

Accedentes ad Balnea fugiant aerem nocturnum, & Ventosos dies;  
quia ex vsu aquæ calidæ data est occasio Ventis, & aeri frigido, vt faci-  
lius corpora nostra subintrent, & nocumenta causentur: standum igitur  
tempore noctis, & dierum Ventorum in camera cum igne: Mat-  
theus Bindinellus.

Post assumptionem Dutie, Balneati stent in loco separato à frigore,  
& Vento per horam. Ludou. Zimalia.

Hyeme existente Australi, Vere vero Septentr. subsequente, vna cū  
Æstate pluuiosa, vaporosa, non sunt petenda Balnea. Sauroarola.

Hyeme existente sicca, & Aquilonia, Vere vero pluuiosa, & Australi  
subsequente, Balnea sunt suspecta, maxime colericis, & ægritudines  
acutas cadere aptis, & oculos debiles habentibus. Sauroarola.

Cum itur ad Balnea Sancti Philippi in Comitatu Senarum non sint  
Venti multi, nec pluuiæ multæ. Gentilis de Fulgineo, & Menghus Fa-  
uentinus.

## Ventorum Problemata.



OST vniuersalem Ventorum traditionem, placuit in vnum colligere eorundem quæstiones omnes, vt tandem absolutam Ventorum doctrinam complecterer, & insimul nodositatū omnium, in hac materia legentibus plenam solutionem traderē, discāt primum igitur ex Arist.

Cur Ventorum mutationes habent generare, & dissoluere ægritudines? An quia in temporibus mutationes Vēti ad calidum, frigidum, humidum, vel siccum, harum enim qualitatum excessus sunt ægritudines; sanitas autem æqualitas Arist. prima prob. prob. 3.

Cur si Hyems Borealis sit, Ver vero pluuiosum, & Australe Æstas sit morbida febribus, & ophthalmijs? An quia Æstas inuenit corpora habētia multam humiditatem extraneam, Hyeme generatam, & Vere conseruatam, & sui caliditate agens in humidum veris, liquat, quod in cerebro existit, & in reliquo corpore, accidit præfocatio, & adustio; propterea fiunt febres, & ophthalmiæ: nam talis materia inflammata, & præfocata in vniuerso corpore est febris: in oculis ophthalmia. Aristot. prima prob. prob. 8.

Cur est si Hyems Austrina sit, & pluuiosa, & Ver sequatur siccum, & Aquilonium; Ver, & Æstas subsequens fiūt morbida? An quia corpora ad caliditatem, & humiditatem disposita, ob Hyemem Austrinū, & pluuiosum, sed corpora sic disposita, & maxime humida sunt inconstantia, non permanentia, immo ægrotare apta; propter quod materia redditur disposita actioni agentis; superueniente itaque Veris frigiditate, congelatio fit, & congelatio in humido Hyemali, & ratione siccitatis prohibentis respirationem, induratur vehementer; quare non solum Ver fit morbidum, sed seruata materia vsq; in Æstatem, etiam Æstas morbosa fit. Arist. prima prob. prob. 9.

Cur si Æstas sicca fuerit, & Austrina; Autumnus vero humidus, & Borealis; in Hyeme capitis dolores fiunt, & branci, & tusses, & finiunt in phtisim? An quia accipit materiam multam Hyems, & suum opus est coagulare humiditatem, & phlegma facere; in capitibus quidem igitur, quando humiditas superuenerit, grauedines facit; si autem fuerit multa, & frigida; vehementem dolorem; si autem propter multitudinem non coagulabitur, fluit in humidum locum; vnde tusses, & branci, & phtises fiunt. Arist. 1. prob. prob. 10.

Cur

Cur si *Æstas* fuerit sicca, & *Aquilonaris*, & *Autumnus* similiter; quod inde iuuantur phlegmatici, & mulieres? An quia natura, & complexio vtrorumq; temporum *Æstatis* scilicet, & *Autumni*, & corporum phlegmaticorum, & mulierum excedit alterutra; quare in contrarium tempus attrahens constituet in bonam temperantiam, & confestim saluantur, nisi per se in regimine errauerint. An quia non peruenientes, cum humiditate ad *Hyemem*; ita quod in interioribus existat inflammatio adustiuæ, & in exterioribus frigiditas, iam non possunt lædi, quare recipiunt iuuamentum, & non nocumentum. *Arist.* i. prob. prob. xj.

Cur *Borealis*, & sicca *Æstas*, & similiter *Autumnus*; colericis nocumentum inferant? An quia ad idem conueniunt corpora, & tempora; quia vtraq; sicca siccitate plurimum immensa, propter quod coniungitur, velut ignis igni; plurimum enim exsiccantur, & acuitur colera, siccitas enim est lima, & exacuitio caloris, quarto *Metheor.* *Arist.* prima prob. prob. xij.

Cur si post *Hyemem* *Aquiloniam*, & *Ver* *Austrinum*, & pluuiale, sequatur *Æstas* sicca, *Autumnus* sit perniciosus omnibus, & maxime pueris, nam cæteris dysentericæ, & quartanæ cronicæ eo tempore solent euenire? An quia si aqua mediocris per *Æstatem* inceslit, quantum humoris collectum est per *Ver* humidum, in nostris corporibus refrigeratum quiescit, sed si ita non contingat, pueri, qui suapte natura humidi, ac calidi sunt, vehementer & feruescunt affectu; quoniam refrigerati minime fuerint, at si per *Æstatem* resisterint *Autumno*, quorum certe humor ultra feruerit, corripientur, quod nisi excrementa confestim peremerint, orta circa pulmonem, & arteriam, descendunt cruda ad ventrem, atq; ita difficultatem intestinorum generabunt, verum si præ nimia sui copia humor excerni nequirit, quartana incurrunt, remanente grosso, & terrestri. *Arist.* prima prob. prob. xix.

Cur si *Æstas* pluuiosa fuerit, & *Austrina*, similiter & *Autumnus*, *Hyems* morbida fit? An quia *Hyems* corpora vehementer humida recipit, & mutatio ingens, & repentina à caliditate ad frigiditatem *Hyemis*, quando *Autumnus* tepidus fit, quare qui denso sunt corpore; acutis morbis vexare necesse est, & qui laxo, febribus; & quibus adest multitudo materiæ; causone. *Arist.* prima prob. prob. xx.

Cur *Austri* sicci, non aquosi; febres excitare soleant? An quia humiditatem, & caliditatem externam faciunt; sunt enim calidi, & humidi, natura autem hoc febrile est; est autem febris excessus quidam ex his vtrisque; cum igitur *Austri* imbre vacant, corpora nostra ita afficiantur necesse est, at si

cum flatibus aqua fiat, refrigerat nos aqua. Austros tamen, quos Mare miserit, prodesse stirpibus, certum est; refrigerati namq; beneficio Maris, deueniunt contra eruginem, quæ in humore, caloreq; alieno consistit. Arist. prima prob. prob. xxiiij. & xxvj. l ij.

Cur in Austris grauius se habent, & impotentius homines? An quia ex paruo multum humidum sit liquatum, propter Æstum, & ex vento leni humidum graue. Amplius autem potentia nostra in articulis est; hi, autem relaxantur ab Austrinis; declarant autem somni inuescatorû; viscosum enim in articulis coagulatum moueri prohibet nos, humidum enim valde distenditur. Arist. prima prob. prob. xxiiij. & xxvj. x l i i i j.

Cur in Austrinis magis fœminarum generatiui sunt coitus? An quia multum humidum tardius ingrossatur; in Austrinis autem propter humiditatem cõplexionis humidius sperma fit. Arist. xiiij. prob. prob. v.

Cur Austrini flatus auditum hebetant, caligines inducunt, caput grauant, & surditates, & vertigines ( quæ attoniti, & comitialis morbi indices sunt ) faciunt, & pigros denique, & tardos homines reddunt, ad obeundas functiones, quæ ab electione procedunt. An quia calidus, & humidus est, atq; ideo caput facillimè replet, & organa sensuum aggrauat, vt nec sentire, nec moueri membra sint nata. At Boreas, qui frigidus est, & siccus; tussiculas quasdam excitat, & aluum duram efficit, & magis est salubris, quàm vt Austrinis flamminibus, quo ad noxam comparetur. Ant. Ludouicus Vlissiponensis lib. i. suorum prob. sect. 4.

Cur Auster minus hybernis noctibus, quàm diebus spirat? An quia & nocte Sol propinquus est regioni, quæ est apud Austrum, & calidiores sunt noctes ibi, quàm apud Septentrionem dies, quare multus mouetur aer, & nihilominus, quàm interdiu; sed calor dierum vehementior, omnem absumendo humiditatem, efficit, vt minus spiretur. Arist. xxvj. prob. prob. xj.

Cur Auster oriente canicula moueatur, idq; lege naturæ certissima fieri soleat? An quia inferiores partes terræ à Sole calefactæ, eoq; diurno, quare multus vapor vndequaq; elleuatur, & multi vtiq; flarent Austri, nisi anniuersarij Boreales prohiberent, quare mouentur quidem, non tamen sunt continui. Arist. xxvj. prob. prob. xij.

Cur Austri Hyeme, atq; ineunte Vere, & Autumno finiente, spirare soleant, vndosiq; sunt, & conuersiui, atque Aphricæ non minus frigidi, quàm nobis Aquilones? An quia Sole propinquo, spiritum moueri necesse est. Sol. n. per Hyemem versus Austrum fertur, & ineunte Vere, desinenteq; Autumno iam calefacere incipit. Æstate è contra Septentriones

petit, & loca relinquit meridiana; calidus autem propterea est, quia cum aere Aphricę commiscetur, qui calidus existit, hinc etiam in Mare erumpens, ingentes excitat fluctus, & Australem efficit Æstatem: Arist. xxvj. prob. prob. i 7.

Cur Auster foetidi halitus est causa? An quia humida, & calida reddit corpora, quæ maxime putredini obnoxia sunt, Austri enim, qui sūt ex Mari, sunt boni plantis; quia sicci. Arist. xxvj. prob. prob. xvij.

Cur Auster non incipiens, sed desinens est pluuiialis; An quia veniens ad nos, ex longinquis partibus congregat, & condensat aerem à remotis, quo densato, aqua exprimitur; hoc autem non potest fieri in principio; sed posterius. An quia calidus fit à principio: quippè qui profectus à loco calido sit; in processu tēporis aut refrigeratus, in aqua melius consistere potest, quod erit in fine. Arist. xxvj. prob. prob. xxj.

Cur Auster, quando minor fuerit serenus est, quando vero magnus & diurnus nubilosus? An quia, vt quidam dicunt, propter principium, si enim à minori serenus; à maiori autem nubilosus. An quia minor incipiens non multum aerem impellit, in fine autem consuevit fieri magnus. Arist. xxvj. prob. prob. xxij. Vnde in adagio est.

*Cum cessat Boreas, cumq; Auster surgere capit:*

*Omnibus est bonum nauigijs soluere vela.*

Boreas enim apud nos in principio magnus: in fine delectabilissimus. Arist. xxvj. prob. prob. xli.

Cur Austro spirante, cœruleum Mare fiat: Aquilone obscurius, atriusq;? An quia Aquilo minus perturbat Mare; omne autem, quod tranquillus atrum esse videtur. Arist. xxvj. prob. prob. xxxv.

Cur Austro flante tepescit aqua Maris? An quia isti vento multum adheret de humiditatibus calidis, quas immiscet superficiem Maris, & ideo remittitur eius frigiditas, & efficitur aqua tepida, ex flatu Austri calidi. Albertus.

Cur Austri leniter spirantes non colligunt nubes, fortes autem ea colligunt? An quia parui quidem flantes non possunt multas nubes facere; modicum enim locum occupant; quando autem magis fiunt, multa impellunt; propter quod & videtur magis nubescere. Arist. xxvj. prob. prob. xl. amplius cum sint parui, eorum materia grauis humorosa decedit ad Terram, tarde mota, propter quod accedit ventum quiescere, ante nubium collectionem, cum autem sint magni, contingit oppositum. Apponensis.

Cur Auster non spirat super Ægyptum ad Mare, nec interius inter diei, ac noctis; super Memphim vero, vel inter diei, & noctis ingenuus spirat, & versus occasum non flat, neq; quantum dierum duorum, & noctium vna; quæ autem versus Orientem Chori flant? An quia contraria secundum inferiora, Ægyptus est; propter quod ultra ipsam cadit; sensum autem, & longe altiora sunt loca. Arist. xxvj. problem. prob. xlvj.

Cur dici solet, si Auster Boream aduocabit: confestim tempestas? unde.

*Fit glacialis Hyems, Boream si duxerit Auster.*  
An quia Auster talis est; ut nubes large, & aquam colligat, supereminenteq; Borea, & multa existente materia, condensatur; & confestim tempestas legitur. Amplius, in adagio fertur.

*Offendente lutum Borea: mox terra gelascit.*  
Arist. xxvj. prob. prob. i il.

Cur post Austrum, cito Aquilo spirat: post Aquilonem non cito Auster? An quia hic de longe; ille vero de prope ad nos accedit: siquidem habitatio nostra ad Aquilonem posita est. Arist. xxvj. problem. prob. i L.

Cur Austri in Lybia frigidi sunt, ut Boreas apud nos? An quia principium Austri illis est propinquius, quam nobis; si enim per angusta fiunt venti eis, qui propelunt, frigidiores erunt, propter vehementiam motus, in longinquum enim præeunte; distenditur; propter quod & Boreæ apud nos frigidi; quia propinquius, & omnino apud Septentrionem habitamus. Arist. xxvj. prob. prob. i r.

Cur Auster, & Eurus, cum suis oppositis sint calidiores, & aquosiores sunt; quamuis aqua ab aere, ex frigido exprimatur: non enim pro eo quod Boreas impellat huc nubes. Zepirus enim, & Eurus agunt vterq; similiter laterales, & vnde flant alij omnes? An quia cum calor amplius vrget; frigus amplius intorsum circum obsistit, an etiam regio facit, vnde spirant, ut sereni, illustrioresq; veniant. Eurus namq; ab ortu, Fauonius vero ab occasu aduentat, cum itaq; Eurus, & Auster à parte calidiori veniant, cumq; frigidissimum locum adeant, compendio aerem concresecunt, atq; in aquam consistunt, & magis Eurus aqua agit, quoniam aerem de sub Sole ducit: Auster autem in fine suæ exufflationis pluuiosus existit; quoniam aer, qui primus ex Mari accedit, frigidus est; vltimus autem tepidus, ex terra occurrit. An quod id so-

lum

Jum causa sit; sed etiam quod in fine Auster crescit, vnde prouerbum antiquum: incipiente Austro nauigandum. At Venti, qui vehementius spirant, frigidiores sunt, quare merito Auster in fine cogit nubes; & propter hoc tunc aquosior, quàm incipiens. Arist. xxvj. problem. prob. xxix.

Cur qui sunt ad Australem locum, saliores aquas habent? An quia Mare ab Austro impellitur, & aqua magis Terram subingreditur quare dulces cum salis comiscuntur. Arist. xxiiij. prob. prob. xxv.

Cur Australis ventus veniens à partibus calidis, & siccis, est maxime humidus nobis, & alijs siccus? An quia omnis motus violentus in fine tardior, & debilis, Australis igitur flatus veniens ad nos, & inueniens maria remanet cum vaporibus, quos secum portat, & remanet humidus, quocirca flans ad Ciuitates oppositas, flat cum motu veloci, & non remanet cum vaporibus, quos defert secum; sed vltterius defert eos; vnde illis remanet siccus. Niculus Flor.

Cur flante Austro, in aere magis caliditas sentitur? An quia vapores eo flante cōdensantur in nubes retinentes calidum, sibi impressum, nec disperguntur. Niculus Flor.

Cur Austro maiores fluctus eduntur, quàm Aquilone? An quia ille infernus, ex imo Maris spirat; hic vero summo. Plinius.

Cur post pruina, niuem, & huiusmodi; Auster spirare soleat? An quia pruina facta tantum decoctione vaporis consistere potest; mutatio autem post concoctionem, purgationemq; fieri in contrarium solet; Aquiloni autem contrarius est Auster, hæc eadem est causa: cur post niuem, Auster spiret, omnino enim & nix, & grando, & Imber, & omnis eiusmodi expurgatio decoctionis signa sunt; propter quod & post pluuiam, & huiusmodi tempestates, cadunt venti. Arist. xxvj. prob. prob. iij.

Cur Boreales venti anniuersarij fiant; Austri autem non? An quia à longe nobis principium Austri est; Aquilonis vero in vicinio est; sub Aquilone enim habitamus. An quia Aquilones annuales quidē, consistente aere, perflant; Austri autem vere, quando minus consistūt, quæ circa aera sunt, insuper Auster humidus est, & humido locus superior alienus; propter quod velociter soluitur. Arist. xxvj. prob. prob. ij.

Cur Borealis ventus nocturnus numquàm extenditur, vltra tertium diem? An quia flatus Septentrionales imbecilli sunt, cum nocte spirare incipiant; signum autem non multum aeris esse motum; quod eo

tempore

tempore spirare exorsus est, quo caloris exiguum est; modica autem caliditas, modicum mouet aerem; at qui flatus minimi omnes intratriduum finiuntur; ergo nec is diuturnior esse debet. Arist. xxvj. prob. prob. ix. & prob. xv. dicit: quia Boreas nocturnus oritur à principio debili, & quod tertius dies decretorius est; aut quia coadunata effusio, sicut ex nubibus, Ventorum ex nubibus autem velox quies.

Cur Aquilo crebrius, quàm Auster spirat? An quia Aquilo nobis vicinus est: idcirco latere non potest, simul enim ex sui temporis breuitate, & spirat, & adest. At Auster quia è longinquo admodum, nisi vehemens sit, venire non potest. Arist. xxvj. prob. prob. x.

Cur plurimi Aquilones spirant? An quia pars orbis Terræ habitata Septentrionibus subdita, est eminentior, & extra Solstitium posita, & niuis plena, quæ nix non montibus nullis numquàm deest, cum igitur concreti humores tabescunt, flatus magna ex parte oriuntur, is aut Aquilo est, qui à Septentrionibus mittitur. Arist. xxvj. prob. prob. xvj.

Cur Boreas incipiens magnus, finiens autem paruus; Auster è contra, incipiens paruus, finiens magnus? An quia Aquilo nobis propinquus est; Auster vero longe abest, & suo principio disperso, vt potè, diu protracto exiguus primum ad nos deuenit; Aquilo autem, vbi primum exortus est nos occupat, quare huius finem non sentimus; alterius autem. Adde quod Auster proueniens ad nos fortificatur, quia transit per loca aquosa, paludosa, & eleuat plurimos vapores, fumos grossos, qui à Sole calefacti resoluuntur in ventos; non sic autem contingit de Borea. Arist. xxvj. prob. prob. xlvj. & xlvij.

Cur in Borealibus fumus magis comedentes, quàm in Australibus? An quia Borealia frigidiora sunt. Arist. xxvj. prob. prob. xlv.

Cur annuales Boreæ finiente die, cessant, & nocte non flant? An quia hoc quidem nix liquefata cessat à Sole, apud sero, & nocte omnino. Arist. xxvj. prob. prob. liij.

Cur Boreas die fortis spirat; nocte autem cadit, & motus eius debilitatur? An quia fiat à congelata pluuia, niue scilicet, & glacie quando eliquatur à Solari caliditate; sed in nocte cadit; quia non fit eadem dissolutio; quinimmo iterum congelatur, quare diebus afflat noctibus quiescit. Arist. xxvj. prob. prob. lxij.

Cur Boreæ locis frigidis, tempore Hyemis nebulosi, & turbidi sunt; sed extra Hyemem, & huiusmodi loca sunt sereni, & deputati absque nubibus existentes? An quia ratione frigiditatis, etiam vehementes  
sunt

sint, quare accedunt congelantes, priusquam impellant nubes, quoniam autem congelantur manent propter grauitatem; exterius autem operantur potius magnitudine, quàm frigiditate. Arist. xxvj. proble. prob. lxiiii.

Cur vigentibus ventis Borealibus, Mare est magis aspectabile, atq; translucidum, quàm Australibus? An quia Mare tranquillum coloratum est, colore terminato; quia falsum. At in falso est oleoginitas, vt patet de oliuis, ergo in Australibus, tepidioresq; Mari pinguedo ista sui leuitate per summa panditur, quod in Aquilonaribus fieri non potest ratione frigoris, cum itaq; in Aquilonaribus non sit huiusmodi oleoginitas, & pinguedo, Mare erit aspectabilius, vt patet de aqua, & oleo, aqua .n. translucidior, & expectabilior oleo. Arist. xxiiij. prob. prob. ix.

Cur qui habitant loca meridiana, versus locum, vbi generatur Austro, habent aquas marinas magis falsas, imo amaras, quàm illi qui habitant loca Aquilonaria, vt denotat Mare Helesponticum, & Meotis, maxime inter alia Maria dulcia? An quia Mare versus Austrum impellitur, & multiplicatur motus à vento Australi; qui est inuolutus, & tortuosus; propter quod aqua superingreditur Terram amplius, & commiscetur cum ea, & ex ea commixtione amplior falsedo amaritudini attinens causatur. Arist. xxiiij. prob. prob. xxv. & propter eandem causam minus potabiles sunt circa Austrum, quàm circa Boream.

Cur est quod venti permittuntur ab Oriente Hyeme, & mane; Æstate vero ab Occidete, & sero? An quia vbi Sol non amplius euincit, dimissus aer effluit, Occidens nubes derelinquit, à quibus Zephiri prodeunt. Arist. xxvj. prob. prob. xxiiij.

Cur Euro spirante, omnia maiora videantur? An quia obscurissimum aerem efficiat? Arist. xxvj. prob. prob. lv.

Cur venti Orientales plus exsufflant in principio diei, & Occidentales in fine ipsius? An quia Sol est vna de præcipuis causis commotionis ventorum, iuxta illud Arist. 2. Meteor. Sol autem & cessare facit, & commouet spiritus, idest ventos; & quia fortius irradiat, super partem Orientis, in principio diei, commouet tunc ventos Orientales, & ex simili causa, in fine diei Occidentales. Iac. de Partibus 2. primi.

Cur Cæcias solus Ventorum ad se trahit nubes? An quia spiret, ex eminentioribus partibus Terræ idest ab Oriente, loca enim orientalia altiora sunt Occidentalibus; & propterea in se ipsam reflectitur, & sic nubes, quas mouet congregat. Arist. xxvj. prob. prob. primo, & xxxij.

Cur

Cur flante Zephyro, Canes in venatione minime sentiunt, & non inueniunt? An quia plurimum hic ventus confundit, quoniam omnium ventorum continentissimus est, maximeq; Terram attingit. Arist. xxvj. prob. prob. xxiiij.

Cur nubes maximas Fauonius agit? An quia ex pelago flat, & regione maritima nubes ampliores, per ampla spatia colligit ampliores. Arist. xxvj. prob. prob. xxvj.

Cur Zephyrus delectabilissimus, & serenus veterum omnium esse videtur? An quia habeat aeris complexionem, non est enim calidus, ut venti Australes, & Orientales; neq; frigidus; ut Septentrionales, & in Vere flat maxime. Amplius venti situantur, aut secundum partem sinistram, aut dexteram, idest aduersam, vel prosperam. Zephyrus autem situatus in parte dextera, flat post Boream, & eius tempestate moderatatur, & efficitur, tamquam mitis, ad immitem, & simul ubi destitit Hyems, serenum magna ex parte sequi solitum est, atqui flatus hybernus Aquilo est. Arist. xxvj. prob. prob. xxxiiij. liiij. & lvij.

Cur Zephyrus ventus occasum flat, mane autem non? An quia ut frequenter ventorum causa est Sol occidens, vel oriens, cum enim inuenit aerem humidum, vaporosum, calefacit ipsum, & subtiliat, & in ventum resoluit, si autem fuerit ventosus aer, amplius magis euentatur à Sole, cum igitur in ortu erit Sol longe à Zephyro est; ab occasu autem flat; quando autem circa Occidentem erit, tunc segregatus erit ventus profectus; à Meridie autem, & versus occasum moderatissime se habet, ad calefaciendum, & segregandum; propter hoc autem & Subsolanus mane incipit flare; aere enim supra Terram humectato à nocte, & Terræ approximato, propter grauitatem Mare disgregans ipsum, Sol proximum sibi excitat primum, qui autem ex Sole oriente spirat, is Subsolanus dicitur. Arist. xxvj. prob. prob. xxxiiij. sed magis eum declarat prob. xxxiiij.

Cur Zephyrus frigidus spirat, & duobus temporibus flat maxime, Vere, & Autumno? An quia frigidus quidem; quia flat a Mari, & campis diffusis; minus tamen frigidus est Borea; propter id quod ab aqua & euentata, & non à niue; flat autem frigidus; quia post Hyemem, Sole vincente, flat, & Autumno; quia non adhuc vincit Sol. Arist. xxvj. prob. prob. liiij.

Cur Zephyrus vespere dici flat, & nocte cessat? An quia propter locum; tunc enim Sol appropinquatur ad locum, & nocte cessat, propter



Arist. xxvj. prob. prob. v. quod magis declarat prob. lvij.   
 Cur in Mari Tropei spirare soleant? An quia Mare vicinum est, An quia Tropeus Apogiæ, idest flatui abterraneo contrarius est. Verfararius enim tamquam reuersio abterranei est: quippe cum abterraneus flatus ex Terra in Mare profluens sit, cuius reciprocatio verfararius est, itaq; de Mari Terram versus spirare necesse est, an venire inde putandum; quoniam aer in Mari collectus est, qui illo fluxerat; sed ratio cur nec in Terra consistat, & reflectatur, cum profluit, quod Mare incauo est; aer autem modo aquæ ad id fluit, quod cauissimum est. Arist. xxvj. prob. prob. viij.

Cur spiritus Tropei dicti spirant? An quia eadem sit ratio, qua Eurippi Mari reciprocante agitantur. Nem & Mare, & aer eatenus fertur, quatenus profluere licet, aer deinde quando contra cadit, non potest amplius, quæ sunt à Terra ducere propter id, quod non habet vehemens principium motus, & lationis, iterum reciprocantur, & redeunt. Arist. prob. prob. vij.

Cur in Orione fiunt varij, & maxime dies, & indeterminationes ventorum? An quia in permutatione semper omnia indeterminata, sunt maxime. Orion autem oritur in fine Veris, & principio Æstatis; occidit autem in fine Autumni, & principio Hyemis cum itaque hæc tempora sint maxime inconstantia, quia nundum confirmata, sed ex vtriusque natura participantia, ideo dies, & flatus inconstantes esse ex ancipiti temporum natura, necesse est. Arist. xxvj. prob. prob. xiiij.

Cur vêtus vt plurimum ante lunæ eclipsem, excitetur initio noctis, si fiat media nocte, vel media nocte, si fiat mane? An quia luna deficiat calore, à Sole recepto, propter propinquum vtrique motum esse, in quo factis oppositis erit Eclipsis, remisso itaque calore, quo retentus aer quiescit, rursus moueri, ac spiritus reddi incipit. Aristot. xxvj. probl. probl. xx.

Cur cum stellæ in aere decurrunt, Venti signum est? An quia à Vento feruntur, & prius illic fit Vêtus, quam apud nos, quo fit, vt vnde ferantur Stellæ; hinc flatus accidat. Arist. 26. prob. prob. 25. & Alexand. lib. primo, prob. 70.

Cur Venti in fine fiunt maximi? An quia vbi vniuersi efflarunt, caloris parum relinquitur. Arist. 26. prob. prob. 27.

Cur Venti siccant, cum frigidi sint? An quia frigidissimi sunt, vaporem

vaporem eliciunt. Arist. xxvj. prob. prob. xxx.

Cur Venti amplius siccent, quam Sol? An quia vaporem non solum euocant, verum etiam abducunt; Sol autem relinquit, humectat quidem magis, deficcet autem minus. Arist. xxvj. prob. prob. xxxj.

Cur mane aura frigida de Marinon spirat; de fluminibus autem sic? An quia Mare latum, & spatiosum existit; flumina vero angusta, aura igitur Maris per multa, vastaque spatia diffunditur, & redditur imbecillis; aura vero fluminum extinguitur, & magis potens est. quare frigidiuscula merito occurrere potest. An quia flumina, suapte natura frigida sunt; Mare autem, nec frigidum, nec calidum est, fit autem aura, & euentatio calefactis, vel frigefactis aquis. Vtrum enim horum utiq; patiatur, exerceat, accrescente autem aqua, aer, qui fit, fertur, qui est aura, quod quidem igitur à frigidis, frigidum merito euentat, & quæ vehementer à calidis euentata infrigidantur, & fiunt frigida; quare cum flumina omnia frigida sint; Mare vero neq; calidum, neq; frigidum, neq; quod ab eo euentatur, frigidum est; propterea quod non est frigidum, neq; infrigidatur velociter, quia non est calidum vehementer. Arist. xxij. prob. prob. xvj.

Cur Sole eleuato augentur, & cadunt venti? An quia ventus est, aeris, aut desuper in deorsum fusi humidi motus, quod cum parum fuerit, citò consumitur à Sole, quare non fit ventus; quando autem plus mouetur Sole oriente, Sol enim principium motuum est. Aristot. xxvj. prob. prob. xxxviij.

Cur vbi sunt sinus Maris, auræ fiunt magis, quam venti, vbi autem distensis Pelagis sunt, non fiunt auræ sed venti validi? An quia flatus in sinum erumpens, nihil distrahitur, sed coadunatus in multum fertur; sed in distensis Pelagis, & vndiq; magnis, cum incipiunt fieri Apogia, mox amplius diuelluntur, cum non inueniant obstaculum, in quo refrangantur, ita vt cum inceperint flare diuelluntur, & dissipantur; quia cum impuentur, perueniunt disperse, in loca plurima, propter immensitatem Pelagorum; est autem Tropia, & Apogia repercussio. Arist. xxvj. prob. prob. xxxij.

Cur frigidi venti veniant, cum à calido orientur? An quia non omnis motus, causatus calefit, nisi id fiat qualitate, & mensura debitis, nam si vniuersus interrumpit, calidus est. Si vero paulatim, per angustumque, frigidus, vt patet de spiritu ab animali ab ore dimisso. Nam si hiante ore, calidus percipitur; si stricto frigidus, & qualis

aer fuerit, talis percipitur, & idcirco aer præexistens in æstate calidus est, in Hyeme frigidus. Aestate igitur venti sunt calidi: Hyeme frigidi. Arist. xxvj. prob. prob. l.

Cur apud Arcadiam, qui locus excelsus est, Venti nihilo frigidiores, quàm ceteris locis sentiantur, & cum flatus silet, Cœlumq; nubilum, frigus, perinde ac in paludibus oriatur? An quia Arcadia non absimilis est paludibus; eius enim aquæ nullum exitum habent in Mare; propter quod & Abissi multi sunt in ea, cum igitur spirat ventus, à Terra frigidum auertit, ac reijcit. Flatus enim ij frigidi esse nequeunt, qui Mari veniunt; in tranquillitatibus autem vapor de aqua stagnante libere ascendit, atq; refrigerat. Arist. xxvj. prob. prob. l.

Cur si ab Aurora incipiat flare Ventus, durat magis? An quia oriente Sole vehementior est motus, propter quod extenditur magis talis existens; signum autem, quoniam constitutio facta, prævalida existit. Arist. xxvj. prob. prob. l.

Cur si per aera telæ aranearum discurrant, venti signum est? An quia, aranea Cœlo existente sereno operatur? Feruntur autem fila; quoniam refrigeratus aer in Terram corruit; in frigidatio autem principium est tempestatis, & comotionis in aere. An quia veniente modico vento per aera feruntur, quod significat consequenter ventum maiorem. Arist. xxvj. prob. prob. l.

Cur vnda ventosæ, & spiritu plena? An quia sunt signa venturi flatus: est enim ventus compulsio aeris. An quia facta fuit præuia impulsio in vndis continuantibus, à vento non continuato; sed propter densationem in aere factam reuerberato; & immobili reddito, quare cum propulsum maneat, propellens venturum significat. Arist. xxij. prob. prob. x.

Cur prius vnda venit vento? An quia non simul cessat ventus flans, & Mare vndans; sed posterius Mare contingit mouentem ventum corrumpi, priusquàm fiat sensibilis, quare non prior vnda vento, sed hoc quidem latet; hoc vero non: aut non venti simul vbiq; flant, sed vnde principium prius, simul autem flat, & propinquum Mare mouet ipsum; aut continuum, & itaq; vtiq; contingit prius vndam venire: à Mari. n. & non à vento motus velocior aeris, quàm Maris. Arist. 23. prob. prob. xj. & xxvij. & iij. eiusdem particulæ.

Cur calidissimis regionibus, frigidissimisq; minores ventos, ac rariiores, quàm à medijs fiunt? An quia à Sole, qui vapores excitat, fit ventus,

tus, & ab illius immenso calore, qui eosdem absorbit, finitur.   
 Cur est quod saepe in eadem regione proxime alibi venti spirant, aut etiam pluat, alibi nequaquam? An quia ob diuersos Solis aspectus in eodem tractu fit, ut saepe hic sicca magis ascendat exhalatio, hic vero humida. Volaterranus.

Cur equae afflictatae; quia tum castratae, non ad Orientem currunt, aut ad Occidentem; sed aut ad Septentrionem, vel Meridiem? An quia in tali effectu se ventillant; currunt enim ad ventum, siquidem caliditas huius est causa doloris, & proinde refrigeratione indigent, quare ad Septentrionem merito percurrunt, atque meridiem; maxime enim & septissime hinc, & illinc sufflant venti. Auster enim, & Aquilo semper flant; alij autem rariusculè. Alexander.

Cur in oppositis sibi inuicem binis parietibus, si bine fores fuerint, accidit, clausis vnis, per alteras ventum nequaquam perflare multum, ac vehementem, & si hoc existit eisdem reclusis, hoc inquam vob motum aerem, hoc est ventum, quod est corpus, cum igitur clausae fuerint, per alteras ingressus aer locum occupat aedium, & cum sit corpus, alij cedit aeri, ut potè corpori, quo ingrediatur, cum igitur fores patentibus fuerint, qui praeccepit locum, qui per eas excessurus, euasurusque est, alij subeunti cedit, ac rursus per fores è regione sibi oppositas, hic quoque exiens, alium ingredi per alteras, permittit, atque perpetuo fit, cum vero fores, quae è regione posita clausae fuerint, id neutiquam fit. Alex. lib. primo prob. prob. lxxxvj.

Cur venti omnes ad contrariam positionem mouentur, & sufflant? An quia ut ait Alphraganus, venti stellarum motum insequuntur, mouentur autem circulariter ad contrariam positionem. An quia ut refert Albertus; ventus à calido generatur, à frigido mouetur; haec autem contraria, quare rectè non ascendit, non rectè descendit, nec retrocedit: igitur versus contrariam partem mouetur, An quia ut vult Petrus de Medina in 3. artis nauticae; hoc nobis incognitum est, & hoc naturae opus latet, cum motus iste ventorum violentus sit, & praeter naturam.

Cur venti non semper aequaliter spirant? An quia materia non semper equalis est, in qualitate, & quantitate; nam quandoque multa, quandoque pauca, quandoque rara, quandoque spissa: consimiliter agentia non semper eandem seruant aequalitatem! Petrus de Medina.

Cur quanto Antenna sublimior in eisdem velis, & vento celerius feruntur Nauigia? An quia quanto mouens uis à centro remotior fue-

rit,

rit, tanto velocius; celeriusque mouebit, ea autem Venti est flatus; in extremo malo pendentia tendens vela. Arist. lib. quest. Mechan. q. vj.

Cur quando ex puppi nauigare voluerint, non flante ex puppi Vento, veli quidem partem, que ad Gubernatorem vergit constringunt, illam vero que ad proram versus pedem facientes, relaxant? An quia retrahere quidem multo existente Vento Gubernaculum non potest, pauco autem potest, quem constringunt, propellit quidem igitur Vetus in puppim vero illum constituit Gubernaculum retrahens, & Mare compellens simul; & Naute ipsi cum Vento contendunt, in contrariam. n. se reclinant partem. Arist. lib. quest. Mechan. q. vij.

Cur sub Æquatore Venti, quam facillime permutantur? An quia propter Solis velocissimum transitum, citissimo namque motu per eas partes cietur; cum maximum Orbitum peragat, cum igitur non extet diu in eisdem locis, sed momento stationem permutet; hinc Ventorum tantam varietatem excitate natus est; hinc Nauiganibus ad Æquatori subiectas plagas Venti facillime permutari solent. Ant. Lud. Vhissipon. Aphor. suor. sec. vj.

Cur videtur motus, quos Auster excitauit, quiescente Vento non quiescunt, quos autem Boreas sustulit, mox ut flare desijt, sternunt, & coflaccescunt? An quia Aquilo ab excelso parte Cœli perflans, non adeo committit inter se vndas, aut protundit; sed eruit, & ab imo ad summum reuoluit; Auster autem non ab editiore; sed vergente, & inclinante plaga procumbens obturbat, & impellit vndas, potius quam eleuet, & in cumulo tollat, quo fit, vt hoc mundum ventilante Mare tam diu fluctuet; tamen donec inter se agitati sponte fluctus mutuos concursus, & pugnas deponant, illo autem quiescente, mox subleuet Maris tempestas oborta. Ant. Lud. sec. ij. lib. ij. prob.

Cur prope littoris oras, aere nunquam blandius spirant? An quia à Salo multi, ac crebri halitus, vi celesti erumpunt, vnde flammis est genitus, qui nisi Sole agente, humido depasto, arefcant in media aeris regione, pluias collecti suscitant; vnde Maris regiones proxime Ventose, ac pluuiales sunt magis, que vero à freto longius absunt, niuibus amplius albescere solent. Ant. Lud. sec. p. prob. lib. ij.

Cur est quod Sardinia habet aerem turbulentum, turbidum, ac pestilentem? An quia eius rei ansam prebent, concrefcens sal, & graues Venti Australes, ac violenti; nam Montium altitudo Boream repellit; retundit vè. Pausanias.

Cur qui ventus angusta loca inflat, vehementior est, quàm qui laxa? An quia colligens sese in vnum locum intenditur in se ipso, fitq; maior, increfcitq; & vehementior euadit, in locis autem latioribus explicatur, atq; dispergitur, fitq; languidior, imbecillior hoc idem in calore accidit in qualitatibus, & aquis. Alex. lib. primo prob. lxxiiij.

Cur venti validi faciunt lachrimare oculos? An quia frigidus, cum omnis ventus frigidus percipiatur; frigidum enim cerebrum constringendo humiditatem subtilem, in eo existentem, descendere facit ad partes debiliores; vt ad angulos oculorum, & sic in eis lachryma inducitur.

Cur in Aurora frigus maius est; cum tamen Sol propius adsit? An quia die instante potius venti incitantur nocturni, qui gelidi admodum spirant. Arist. viij. prob. prob. xiiij.

Cur Æstate magis de nocte, quàm de die flent venti? An quia de die fit vapororum resolutio, in nocte vero seruaatur. Diuus Thomas:


Cur raro in prima noctis parte flent venti, & è contraria in vltima, noctis parte propè diem? An quia in prima noctis parte nondum sunt collecti vapores pro ventorum generatione, in Aurora autem sic. Diuus Thomas.



Ventorum

## Ventorum Mechanicæ.

**P**OSTQVAM in superioribus plenam ventorum tradimus cognitionem: volui hoc loco mechanica eorūdem instrumenta opponere, vt vnicuiq; labor hic noster adiumento sit. Sunt itaq; varia instrumenta operum mota, varijs, & diuersis opificijs inferuentia, & primo sunt Bractea, seu Penuncelli rotatiles in summitatibus, ac fastigijs magnarum ædium, vel Turrium ad ventum regentem discernendum, positi, quos semper ex aduerso flare constat, & ideo Andronicus Cirrestes Athenis supra Turrim octogonon, Tritonem æreum collocavit, dextra manu virgam porrigentem, & singulorum ventorum imagines in singulis lateribus octogoni excultas ostendentem, nam ita est eū machinatus, vt vento circum ageretur, & semper contra flatum confisteret, supraquē imaginem flantis venti indicem virgam teneret, vt patet etiam præter hac ventilogia, à qua nam plaga Cœli flet ventus ostendit nubium in aerem discussus, seminis, vel pulueris leuissimi in altum proiectus, vel per obliquum, ascensum fumi, vel flammæ:




Etiā



Etiam in epicaustiorū summitatibus Bracteas Ferreas, & Giroillos istos adaptant ad arcendum fumum ab illis, hoc modo, paulo infra fumarij, siue Epicaustrij foramina crucem apponunt ferream, amplitudinem ipsius in quatuor partes æquales diuidentem (debet autem Epicaustrium esse rotundum interius à Cruce, vsq; ad eius fastigium) supra quam laminam ferream contortam ita accomodant, vt Vaporarij dimidiam partem occupet, & eius foramina claudat; adheret autem & alligatur ferro Giroillum mouente, vt eo modo insimul, & ferrum illud contortum moueatur, & in girum vertatur, sit autem Giroillus axi super crucem positi, & extra vaporarij fastigium extensi ita infixus; vt facili Vëtorum motu possit locum mutare, & rotari, sint tamen lumina illa ferrea in interiori parte camini posita è directo ipsius Penuncelli exterioris contraria, vt flante Vento aliquo, & ad op-

positam sibi partem Giroillum ferrente, è directo tamen ipsius claudantur foramina Vaporarij, ne ex illa parte possit fumus exire, sed tantū ab opposita parte, versus quam fertur Penuncellus, & hic est modus facillimus ad arcendū fumum ab Epicaustrijs, cuius rei esto Icon.



Norunt maxime Nautæ, & qui rei Maritimæ non mediocrem impendunt operam, quod Naues sublatis ad mali caput Velis, citius, & velocius eodem ferantur Vento, quam si in inferiori fuerint parte, quod & probat Arist. in mechanicis q. vj. vbi quærit: cur quanto Antenna sublimior fuerit ijsdem Velis, & Vento celerius feruntur nauigia? uti in prob. superius diximus, quærit item Arist. lib. citato q. 7. Cur quando ex puppi nauigare voluerint, non flante ex puppi Vento, veli quidem partem, quæ ad Gubernatorem vergit, constringunt; illâ vero, quæ proram versus est pedem facientes relaxant cuius quæstionis

nis resolutio non admodum obscura est ijs præsertim, qui nauigationibus intendunt, cum enim transuerso flante. Vento rectum tenere voluerint cursum, ac si a puppi flaret Ventus, antennæ caput puppim versus deducunt, & stringunt; alterum vero versus proram relaxant, & obliquum totis velorum sinibus Ventum recipiunt, tuncq; gubernaculum contrario ad Ventum vertunt modo, vnde est quod quanto versus vnâ partem propellit nauigium Ventus, tanto vi sua Gubernaculum versus contrariam partem idemmet nauigium torquet, & rapit, cum igitur horum nullum præualeat; nihilominus Ventus impellat nauigium, necessario sequitur, si non dextrorsum, vel sinistrorsum, quod recta feratur nauigium; vt quotidiana docet experientia: quodcunque igitur Vento, quamuis è directo contrario posse nauim, quod tendit, ferri, quamuis tarde, & magno cum labore, & plerumq; etiam non absque periculo manifestè colligitur; oportet tamen non vehementem esse Ventum. Verum si in arcto, atque sinu nauis fuerit, tunc nulla arre progredi poterit aduersante Vento hinc maximo cum labore naues è portu Vento reluctante progrediuntur; Nunc modum doceamus, quo naui verti peractum iter dimetiantur, ita altè contemplatus est homo, vt non contentus aquarum inaccessibiles Vias peruagari, quantum itineris spatium nauis progrediatur, metiri, & voluit, & potuit, cumq; hoc ad rem faciat, digrediendo non grauabor architecturæ patris ingenium ponere, scribit ergo lib. x. cap. 14. rationem hæc. Traijcitur per latera parietum axis, habens extra nauem prominentia capita, in quæ includuntur rotæ, diametro pedum quaternum, & sextantis, habentis circa frontes affixas pinnas aquam tangentes, item medius axis in media naui habet timpanum, cum vno denticulo extanti extra suam rotunditatem, ad eum locum collocatur luculamentum, habens in se inclusum timpanum per æquatis dentibus quadringentis, conuenientibus denticulo timpani, quod est in axe inclusum, præterea ad latus infixum extantem extra rotunditatem alterum dentem, vnum insuper in altero luculamento, cum eo confixo inclusum timpanum planum ad eundem modum dentatum, quibus dentibus denticulus, qui est ad latus fixus timpano, quod est in cultro collocatum, in eos dentes, qui sunt plani timpani, singulis versationibus singulos dentes impellendo in orbem, planum timpanum verset, in plano autem timpano foramina fiant, in quibus foraminibus collocabuntur calculi rotundi, in teca eius timpani ( siue luculamentum est )

R 2

vnum

vnum foramen excavetur habens canaliculum qua calculus liberatus ab obstantia, cum ceciderit in Vas aereum sonitum significet: ita navis cum habuerit impetum, aut remorum, aut velorum flatu, pinnae, quae erunt in rotis, tangentes aquam aduersam vehementi retrorsus impulsu coactae, versabunt rotas. Eae autem inuoluendo se, agent axem; axis vero tympanum, cuius dens circumactus singulis versationibus, singulos secundi tympani dentes impellendo, modicas efficit circuitiones; ita cum quatercenties ab pinnis rotae fuerint versatae, semel tympanum versatum circumagent impulsu dentis, qui ad latus est fixus tympani in cultro, igitur circuitio tympani plani, quotiescunque ad foramen perducet, calculos emittet per canaliculum; item & sonitu, & numero indicabit milliaria spatia navigationis: haec Vitruuius. Verum nostri seculi nautae, longe facilius quantum sit navigationis peractum intelligunt, eius beneficio, qui primus nauticam pixidem adinuenit, non ita multis retro seculis in Campaniae oppido Amalphis, licet non desint, qui apud Plautum in trinumo Verfoniam pro non absimili

instrumento interpretentur, vt monet Blondus Flavius

conciuis noster: hoc etiam vidit Hermolaus Barba-

rus, & Philander, sed iam tempus instat, vt

quod superius diximus cum figuracione

comprobetur, siquidem multa sunt

quae viri non possunt, nec pla-

ne cognosci, ni ad ocu-

los forma, &

Icon

apponatur: praesertim cum me non lateat, non tantum

cum Architectis agendum esse, sed cum alijs

cuiuscunque professionis viris, en-

igitur quod diximus

tribus his

comprehensum figuris.




Parvum cristianum ad trajes de hincina nris celestis, vel...




161

Parantur etiam naues ad traijcienda flumina mira celeritate, vt scribit Valturius de re militari 11. cap. 12. his verbis: sunt qui naues magnas in tres partes, trium limbarum instar, disiunctas, coniunctasque deinde, ac tela lini cera oblita tectas in hunc modum sine remis flumina traijciantur, maioriq; celeritate vecti, quam si duodecim remorum obsequio agerentur, quarum forma sic delineauit.



Idem ille Robertus de re militari x. mirificam hanc bellici currus formam flabellis, Ventoque adactam posuit, quam vt ingeniosum, & tanto Viro dignam non omittendam duximus: quinimo inter ceteras Ventorum res mechanicas, delineandam curauimus.



Sed iam ad molendina, quæ Ventorum flatibus circumuertuntur, transeamus; quæ passim in Gallia, & in permultis Italiae regionibus parantur, quod cum adeo sit admirabile opus, ita etiam non vulgari utilitate refertum, cum circiter ter mille frumenti libras in singulas horas molere possit, vt quidem volunt. Rectum statuunt Cardinem, multis tignis suffultum, super quo totam machinam trusatilem constituunt ad libitum versatilem, vt omnes Ventos possit recipere, ita vt ex obliquo quidem, non à fronte, nec à latere Ventus pennas petat affixas, intrusasque trabi rotundæ versatili, mouente omnes rotas machinam

chinam hanc conficientes, sint autem pinnae quattuor, parum inter se distantes, & sibi ipsis oppositae, ad Terram vsque ferme prominentes, eidem trabi infixae ex duabus superficiebus paratae, quarum singulae quattuor, vel quinq; sint palmorum in latitudine, telaq; extensa complete, sintque vna cum tota mole ad aequilibrium constituta, vt etiam cessante Vento, quasi sponte premente tamen aere, adhuc circumuoluantur pinnae, & vna cum ipsis vniuersa moles, & de huiusmodi machinis extat absolutissimus Hier. Girauæ Hispani liber ad quẽ, qui plura desiderat recurrere debet. Hero etiam multa scripsit, de Ventorum machinis.




Nunc de machinis spiritalibus, quibus maxime vtuntur Metallici ad aerem purificandum, & euentandum, dicamus, scripsit de his Georgius Agricola lib. 6. de re metallica: adeo copiose, & bene, vt nihil addi posse crediderim, quare satius duxi, quæcunque ab eo scripta sunt, hoc loco enarrare, quàm vagando mutila dicere, inquit igitur ipse, cum puteus fuerit valde profundus ad quem nullus cuniculus, nulla ve fossa latens ex altero puteo pertinet, aut cuniculus admodum longus ad quem nullus puteus pertingit, tunc aer, quod extenuari non possit, fossoribus crassus effunditur, atq; difficulter spirant, interdum etiam soffocantur; ardentibus quoque lucernæ extinguuntur, itaq; opus est machinis, quas etiam Græci *πνευμάτιας*, latini spiritalis appellaret; & si vocem non mittunt, nam ipse efficiunt, vt fossores ex facili spirare, & opus institutum perficere possint. Earum tria sunt genera, primum genus Ventorum flatus excipit, & in puteum deducit, hocque tripliciter fit, & primo per asseres quattuor super tigna incruciata adaptos, vt ex his quattuor anguli, & totidem loca caua fiant intermedia, quæ Ventos vndiq; flates concipiant; integuntur aut operculo in Orbis figuram formato, vt ad superiora sublatis non eluctentur, sed retro ferantur, non est tamen necesse integere machinam in

his locis, in quibus sic locari potest, vt Ventus per supremam eius partem flatum inspiret, debet autem collocari hæc machina super puteos fodinarum, vt putei quattuor illis foraminibus ab asseribus caufati Ventis inspirentur:

vt patet ex  
his  
Agricolæ figuris.





Altera est machina, quæ Ventorum flatus in puteum Canali longo inducit, fiat infundibulum quadratum ex quattuor asscribus simul compactis, latius, & patentius parte superiore, vt facilius Ventum concipere possit, & in os putei intrommittatur; vel ponantur asseres è regione Venti, spirantis in os putei, qui flatum excipientes in ipsum ingerunt: hoc modo.

Tertia



Tertia machina, cōstat ex fistula in os putei immissa, & vase ligneo supra fistulam ita posito, vt facillime in orbem, à leui aura spirante, ne dum à Vento, qui eius alam gubernat, moueri possit, ala autem ex tenuioribus tabellis constans, ad supremam vasis partem affigi debet, & quidem in aduersa parte oris quadranguli, & semper patentis ipsius vasis: Ventus enim ex quacunque parte Mundi spirauerit, alam propulsans in os vasis concipietur, & sic per fistulam in puteum deducetur vt patet.

Possum

S

2

Secun-



Tertia machinae est, ex flabellis in os partium, & vase ligno  
 supra sustentata, ut facillime in orbem a tenui spirante ne  
 dum s' vero, qui vix aliam habent, motu possit, aliam ex  
 Secundum machinarum spiritalium genus, ex flabellis constare  
 ait, in succula inclusis, vel in axe, si in succula, ea aut cauum timpa-  
 num ex duabus rotis, & pluribus tabulis inter se coagmentatis compo-  
 situm in se continet, aut quadangulam luculentum, ut graphice  
 representat hæc figura.

2  
 Possunt



Possunt etiam fieri huiusmodi instrumenta, quorum succulæ loco  
 vectis etiam extra ipsa timpana vel luculamenta quattuor alas mole  
 alis similes, quæ impetu Ventorum percussæ, succulam circumagant,  
 & flabella Ventum iam spiritali foramine haustum per Canalem lon-  
 gum pateo inspirant, non mouetur autem, nec versatur cum Cœlum  
 silet à Ventis.

1711

Longe



Longe tamen melius fit, & vtilius si instrumentum, & machina hec,  
 aquis moueatur, vt potè quod nullo egeat vectiario cui merces danda  
 fit, & auram perpetuam per longum canalem inspiret, & fit per du-  
 plicem rotam, alteram quidem motam ab aquis, alteram à rota denta-  
 ta, vt patet ex infra scripta figura .


longe

Fiunt



Fiunt autem flabella timpanis, & luculamentis inferuentia, vel ex tenuibus tabellis timpana, & luculamenta implentibus, vel ex tabulis quidem sed paruis, quibus infiguntur alicuius lentę arboris reſegmina tenuia, & longa quantum altitudo, & latitudo timpani, & luculamenti poſtulat, ea ſunt vt vides.

Tertium



Tertium machinarum spiritalium genus ex follibus constat, quorum duplex est usus; vel enim aerem inspirant in cuniculos, & puteos; vel pestilentem ab eis hauriunt, verum cum multis, ac varijs modis possint folles accomodari, vt eleuentur, & comprimantur, aut ab homine, vel equo, vel aquis; non est vt in presentiarum illos apponam, cum miro artificio eos expresserit Agricola lib. citato: & lib. ix. vbi docet: venarum mineralium ex coquendarum rationem. De usu etiam follium scripsit Vannotius Biringutius Senensis in sua Pyrothecnia lib. 7. quare ad prædicta loca lectorem remitto, ne videar, tamen in vniuersum hoc follium opus neglexisse, cum ad multas artes sint vtiles, & maxime necessarij, ideo varios describam modos, describam etiam  
fornicem

fornicem, qua vtuntur Chymici metalla fundentes absque follium, usu, & vulgo dicitur fondere à aere, aut à Vêto, & sic paratur facta fornice, impositisq; carbonibus ignitis, & crucibulo sic in medio carbonum posito vt possit Ventum spirantem excipere, ponatur fornix in medio talami è directo ostij, vel fenestræ, vbi maxime spirat


Ventus, præsertim si aliud ostium, vel alteram sibi oppositam fenestram habuerit, iuxta illud Alexandri in-

problem. Cur in oppositis si binè fenestræ fuerint &c. Et sic breui fundetur metallum

in crucibulo positum, celerius autem fundetur si vas aqua plenum supponatur, in quo si ex crate

igniti

carbones exciderint, in extinctione exhalatione eleuata, & fumo fusio adiuuatur, & celerius opus perficitur, vt probant Chymistæ.





Scribit etiam Plinius; & est ratio antiqua euentandi aerem putridum in Cauernis: quod assiduo linteorum iactu aer emédatur, quod quotidie nos experimur, dum foueas frumentarias euentamus, linteo aerem in foueis mouendo, donec lucernam admittat accensam, probant hoc idem & metallici, vt monstrat hæc figura.



Euentatur aer etiam diebus Æstiuis, ex flabellis varijs, ad euitãdam aeris calidioris molestiam, siue in mensa fuerimus, siue in vmbra iaceamus, vt perbelle monstrat hæc figura.


T 2

Non



Nonne etiam ex motu aeris violento ignis accenditur, exemplo sunt, qui flabellis, & linteo aliquo extinctum excitant ignem, quod & monstrat Phenix ipsa avis, quæ dum se renasci credit, exurit: quod omnino fabulosum esse crediderim, non ne etiam experimentatores pro comperto habent, quod si quis pilam aeneam struant exili admodum foramine perforatam, & per extractionem aeris inclusi aquam intromittat, donec sit tota aqua repleta; quod si in medio igne ponatur, ex rarefactione ipsius aquæ, statim foras emittitur flatus vehementi impetu, & ignis accenditur, ac si folle vtererur, quod omnino verum esse deprehendi, cui si tantillum argenti viui infundatur, inquit Pierius:

rius: ex discordia, quam materia hæc habet cum calore, inquietata magis aqua vehementius expirabit, & Acolipillæ Viétruuio vocatur: quasi Acoli, siue Venti plenę. Iohannes Anglicus vas aliud aeneum format habens pedes, & duo foramina, vnum in ventre, alterũ in summo, repleta aqua, & lignis vndique obruit, & ignem accendit, inquit aqua ab igne rarefacta erumpit per foramina, si superius longe proijcit aquam, si inferius proijcit aquam, carbones, & cineres, & vas istud sutfiator ab experimentatoribus appellari scripsit: fiunt etiam pillæ luforiæ vento plenę, nec non instrumenta quædam coriacia Vento tumida, quibus vtuntur ij, qui in aquis natant, prohibent enim si super humera alligentur, ne mergantur.




¶ Rustici vt prompte Ventum suscipiant, dum frumentum & cætera huius generis semina à sordibus, & leuioribus corticibus expurgare intendunt, obseruant maxime, ne Area secundum Vêtum domorum, aut hortorum construatur, si quidem periculum imminet ne palea oculos ingrediatur, & inde homines obserentur; igitur in expurgando Tritico, contra Ventum proijciendum, & Domum.

Possem



Possem & hoc loco per multa 'symphonica', seu spiritalia instrumen-  
 ta ponere, sed quia non me latet, Heronem Alexandrinum de his græ-  
 cum conscripisse librum, ideo qui talia habere desiderat illum perle-  
 gat, est enim opus mechanicum mirę voluptatis. Et de ventis iam-  
 latis quidem, ad laudem Dei omnipotentis, qui viuit Trinus, & vnus,  
 in secula seculorum. Amen.





153

# FABRITII PADVANI

Philosophi, ac Medici breuis de  
Terræmotu Tractatus.

P R O H O E M I V M.



**Q**UIESCENTEM in medio firmamenti, & circa centrum Terram immobilem esse declarauit Aristot. 2. Cœli, quamuis ante ipsum nonnulli ex antiquioribus Philosophis eam mobilem esse tradiderint, vt Philolaus qui moueri circa ignem asseuerat per obliquum circulum, eo more, quo Solem, & Lunam moueri videmus, & dicebat Democritus, initio cum Terra rarior, ac leuior esset, vagabat; verû procedente tempore grauiorem, ac densiorem factam, constituisse: Heraclitus autem Ponticus, & Hecphantus Pythagoricus; quamuis moueri Terram dicant, non tamen locum suum exire concedunt, sed instar rotæ circa proprium centrum ab Occasu in Ortum ferri, spatio 24. horarum suâ, complens circumuolutionem: cuius rei etiam meminit Plato in Timæo: quo in loco Plotinus multum digreditur, & nostris temporibus Nicolaus Copernicus Mathematicus, non vulgaris multis demonstrationibus Terram moueri ostendit, omnesq; apparentias tuetur, vt omnibus videre est, in suo de reuolutionibus Orbium lib. verum cû Ptolomeus, & Arist. satis superque antiquorum opiniones reiecerint, Terramque secundum se totam quiescentem posuerint, dicendum si quis motus ei contingat, non secundum eius naturam, nec secundum se totam moueri, sed violenter, ac secundum eius partes, nam eo pacto multis moueri modis ostendit Thimon: in quæst. vii. super 2. Meteoror. Verum relictis omnibus alijs modis, tantum de illo Terræmotu, qui ex inclusione spiritus in visceribus Terræ fit, sermonem habebimus, cum ab eadem materia, qua fit Ventus procedat, & ob id tractationi de Ventis: tractatum de Terræmotu adieci: verum vt ordinem iam inceptum sequar, antequam quid sit Terræmotus determinem: antiquorum opiniones in medium afferam, mox ad declarandam eius definitionem, ac essentiam, signa, causas, & effectus deueniam: vltimo problemata ponam.

## Varia Antiquorum sententia de Terræ- motu. Cap. I.

**S**ATIS diu apud antiquos Philosophos dubitatum est, quid Terræmotus esset, & quæ causa ipsius, hinc varij varia dixerunt. Tales enim Milesius, & Democritus Abderites; Terræmotus causam in aquam reijciunt, ille autem fluctuantem in aquis Terram ponit, ac si esset Navigiū ingens, & ideo cum in se aquam recipit Terræmotum fieri scripsit: & huius rei inditiū esse asseruit, quod in Terræmotu, noui apparent aquarum fontes, & abyssi: hic vero ex fluctibus, pulsibusq; aquarum subter in terrarum cauis vndantium dicit: & propterea antiquissimi Græcorū (Gelio Authore) Neptunum dixerunt Ennosigeum. i. Terræ quassatorem. Anaxagoras in Aetherem) quod est aer inflammatus, vt exponit Gaetanus) Terræmotus causam reijcit. Ignis. n. cum aptus natus sit ferri sursum, si in interiora Terræ contineatur propter imbres spiracula Terræ claudentes, Terræmotū facit. Anaximanes vero, & Asclepiodorus, cōmotionis Terræ causam in eiusdem siccitate, ac humiditate assignant, quarum illam Æstus, hanc pluuia gignit. At Epicurus in aerem refert, quo fieri posse dicit; vt ab incluso, crassoq; aere, qui adhuc aquæ naturam sapiat Terra concutiatur, & veluti subter pulsata quatiatur; fieriq; posse cōcedit, vt cauernosa cum sit Terra ab interfuso spiritu huc illuc per cauernas discurrente commoueatur. Lucretius eiusdem Epicuri sectator à tribus Terræmotum fieri posse scripsit: Terra, Aqua, & Vento; à Terra, vt cum ob vetustatem ruunt aliquæ in subterraneis speluncæ, & ob id Terra tremat; ab Aqua, vt cum aliqua Terræ portio cadens in subterraneam aquam fluctuat, ac mouetur eo modo, quo dicit Plinius de Insulis semper fluctuantibus lib. 2. naturalis Hist. cap. 97. narrat, & idem Plin. in Gabinenſi agro nō procul ab Vrbe Roma: iugera ferme ducenta equitantium cursu tremere à Vento, vt quoties fuerit inclusus in cauernositatibus Terræ, & exitum quærat, quem cum non inueniat huc illucq; feratur, & tandem in vnâ, vel alterâ partem impetum faciens, Terram moueat. Quod à Vento fieret Terræmotus credidit etiam Archelaus, non quidem in interiora Terræ genito, sed ab extra in Terram per eius porrositates, & cauernas ingresso; cui consentiunt Calistenes, & Metrodorus Scius: hic enim per porrositates, & cauernas Terræ in aere patentem ingredi scripsit. ille vero per eas, quas

quas Mare occultat: verum cum tot tanteque fuerint de Terremotu opiniones, nil mirum, si veteres Romani, cui Deo ferias quas Terremotus causa imperabant, celebrandas esse ignorabant, ne alium pro alio nominando fallâ religione populum alligarent, in certum quippe erat quonam modo, & qua vi, & per quem Deorum, Dearumvè Terra tremeret, vt scribit Marcus Varro: Sed relictis antiquorum de Terremotu opinionibus, eum satis longo sermone, tamquam falsas, & à veritate alienas reiecerint Arist. & Seneca. & inter Neothericos magnus ille subterraneorum indagator Georgius Agricola lib. j. de generatione eorum quæ sub Terra sunt: ad Aristotelicam opinionem me conuerto, quæ & si cum immediate superscripta concordare videatur, differt tamen ab ea in hoc, quod Ventus ille quem Terram ingredi dicunt, Archelaus, Calistenes & Metrodorus, Arist. in visceribus Terre gigni scribit: vt nunc declarabimus.

## De essentia Terremotus, atq; eiusdem multiplici differentia, causis, & effectib. Cap. II.



**EXHALATIONEM** nedum a superficie Terre eleuari, sed & in eiusdem Terre visceribus fieri testatur Philosophus secundo Metheororum; & Terremotus indicant, si quidem nil aliud est Terremotus, quam exhalatio calida, & sicca, in interioribus Terre genita, ac eleuata, quæ sursum querens ascendere, & exitum non inueniens ob nimis compactam Terram, & nimiam sui grossitiem inclusa manet, & impetum facit, & ob id necesse est fieri Terremotum in aliqua parte: & dicebat idem Arist. aliquas ipsorum fieri veluti tremores, aliquos vero veluti pulsus; ij quidem cum de super sursum fertur exhalatio recta, vnde prouenit montium origo in ea parte, in qua fiunt: in quibusdam etenim locis non cessauit Terremotus, pruis quam Terra illa ascendisset ad altitudinem collis, quo facto Terra illa sic mota, & eleuata rupta fuit, & statim exiuit immensus spiritus eleuans tantum de fauilla, & cinere; q; Ciuitates non longe existetes omnes incinerauit, vt scribit Ioan. Angl. sed rariuscule secundum hunc modum Terremotus fit: siquidem exhalatio illa quæ Terremotus causa existit, vt plurimum secundum latus ipsius Terre segregatur, ad diffunditur, & ad latus Terram mouet ex quo fit tremor. Snt itaq; secundum Philos. Terremotus potissimum dif-

ferentia duæ; tremor, & pulsio. Georgius Agricola duas alias addidit: arietationem, hoc est motum Terre transfuersalem à contrarijs ictibus inter se pulsantibus; & agitationem, vt cum Terra mouetur modo ad dextram, modo ad sinistram, modo sursum, modo deorsum; & ad omne genus positionum. Raphael autem Volateranus in sua Physiologia, ex Aristotele collegit octo modos, seu species Terremotus sicque nominibus Græcis eos appellauit: Tromodes; Tremulentus; quando late concutit, Palmotes, quando late commouet. Epiclintes, quâdo in obliquum secundum acutos angulos mouet. Brastes, quando cum motu frangitur Terra, ac secundum rectos angulos super subtusque vertit. Casmatis cum fit hyatus Terræ, in locis curuis cōtingit. Rectes, idest Scisor, qui rimas aperit. Hostes, qui vnâ continuat Scisuram. Metes, qui circa motum Terræ intus sonat, ac mugit; & sonitus hic cum Terremotu quattuor habet differentias, aliquando vt sonus aeris inundantis ex multo Vento, & hoc fit quando cauernæ sunt magnæ, & vapor adhuc non multum se comprimit, aliquando sibilatiuus, & hoc quia vapor expulsus per paruas rimas motus cū impetu compellitur, aliquando collisiuus, & hoc fit quando corpora dura forti Vento cōmota se collidunt ad inuicem, aliquando est sonus fractiuius, & hoc fit quando amplius vapor retineri non potest, sed incipit frangere obstātia, & quærere exitum. Primus, & secundus sonus ante Terremotum fiunt, primus item fit in principio, dum materia incipit moueri, secundus in augumento, tertius in statu, quartus in declinatione, & ipsius Terremotus consumatione, vt scribunt Albertus, & Anglicus: & omnes isti sonitus aliquâdo sunt simul in vno Terremotu, aliquâdo tres, aliquando duo, & quandoque vnus tantum, & cum talis sonus editur, tunc Vulgares dicunt Terram mugire, & forte hic est Terrestre tonitru, de quo Rhodiginus lib. xvj. cap. LIII. qui cum sub Terra fiat, vbi insonet Terra, pertingere Cœlum quoque sonitus is credatur, idque genus tonitru ex alto concipi opinentur homines, vt patuit de eo, qui (vt referunt nostræ ætatis seniores) fuit de Anno M. D. XXII. in captiuitate Rhodi, Cœlo vndiquè existente sereno, qui adeo intonuit, vt totam Europam attonitam redderet, & signum à D. O. M. missum crederetur, ut cognoscerent homines, quantum iacturæ fuerit Christianicis, hanc Insulam in Turcharum manus deuenisse. Crisostomus Canapetius in sua Epithome Meteorologica, & Gaetanus in secundo Methео-

Meteororum ex Alberto lib. 3. Textu secundo cap. 18. addunt vnum  
 Terremotus modum, sicque nouem iuxta effectuum diuersitatem po-  
 nunt, & nominibus latinis appellant, & sunt. Terremotus, Agitationis,  
 Subuersionis, Diuisionis, Perforationis, Titubationis, Ruinæ, Repul-  
 sionis, Eleuationis, Depressionis, & Vectionis, Terremotus Agitatio-  
 nis est, cum exhalatio subterranea non multum fortiter percutit inte-  
 riora Terræ, sed de latere in latus fertur, & illic exhalatio repercussa  
 tendit modo ad vnum, modo ad aliud latus; & Terra secū vadit, sicq;  
 fit Agitatio. Terremotus subuersionis est, cum Terra subuertitur, &  
 pars superior tendit deorsum, inferior vero emergit superius, & ab ex-  
 halatione æqualiter impellente fit; Terremotus diuisionis est, quando  
 per Terremotum fit scissio, vel apertura Terræ causata ab exhalatione  
 multum sicca. Terremotus perforationis est, quando exhalatio illa  
 non solum vnam, sed multas facit aperturas ob exhalationem non vni-  
 tam sed dispersam, & ob Terram non æqualiter compactam, ac soli-  
 dam. Terremotus titubationis est tremoris, & est quando Terra exit  
 à suo naturali statu, & reuertitur statim ob exhalationem debilem, li-  
 cet multam. Terremotus ruinæ, est quando aliqua pars Terræ cadit in  
 profundum, vel ratione aquæ interiora Cauernæ erudentis, vel ratio-  
 ne ignis partes profundiores comburentis, hinc fit, vel ignis vomitus,  
 vel aquarū inter Montes collectio, quam lacum nominant: verum si  
 fiat iuxta flumina huiusmodi Terremotus, & in alueum exierit flatus,  
 & exhalatio extra ripas aquas eiecerit, particulare diluuium efficit. Ter-  
 remotus repulsionis est, cum pars aliqua Terræ longe pellitur à suo lo-  
 co naturali ratione grandis exhalationis impetus. Terremotus elleua-  
 tionis, & depressionis est, cum aliqua pars Terræ elleuatur in tantum  
 vt aliqua exhalatio expiret, & statim in proprium locum concidit, ac  
 residet, & iterum cum alia ascendit exhalatio, elleuat, & ea expirata  
 concidit Terra, & sic successiue donec tota exhalatio sit consumpta,  
 vel in totum expirata. Terremotus vero vectionis est, cum pars supe-  
 rior defertur ab inferiori ab exhalatione inferius mota, defertuntur  
 enim Domus, & Villæ de loco ad locum, quemadmodum Navis in  
 fluuiio, hoc autem rarissime euenire putatur, & ideo pro prodigio su-  
 mi. Sunt itaque pro diuersitate materiæ diuersi effectus ex Terremotu  
 prouenientes, & ex natura loci, nam refert Pindarus: vix vel nunquā  
 Ægyptum tremuisse, & quando tremuit parum tremuisse; eo quia  
 Ægyptus

Ægyptus fuerit coopertus ab aquis, ex quibus Terra compacta, ac solida multum reddita fuit, si multa sit exhalatio Terremotum faciens, locusque resistat; non semel, aut bis locus agitated cessat, sed vsque ad XL. dies; ad sex menses; ad annum; ad duos annos; & vltra perdurat. nam vt referunt, qui annalia scribunt: anno à CHRISTO nato CDLI. temporibus Theodosij Imperatoris, factus est Terremotus Bisantij, qui ad quattuor menses perdurauit, & vltra perdurasset, nisi puer SPIRITV SANCTO ductus Populo nuntiasset perduraturum Terremotū, donec alta Voce clamarent ter, Sanctus, Sanctus, Sanctus DEVS fortis, & immortalis miserere nostri. quo facto cessauit. à partu etiam Virgineo annis M. C. XVIII. tempore Gelasij Gaetani Pont. max. in Italia factus est Terremotus inauditus, qui ad XL. dies perdurauit, ita vt Villa quædam locum mutauit; vt etiam temporibus Heronis euenisse narrat Plin. & de Sicilia fertur, quæ cum primum Italiæ coniuncta foret, & Terremotu ab ea fuit diuisa, vt testatur Strabo ex Æschillo, licet Trogus dicat: direptam fuisse impetu superioris Maris, quod toto vndarum onere illuc vehatur. Dionysius autem Punicus canit: Neptunum Tridentis ictu Insulam dirimisse. diuisam etiam ab Aphrica Hispaniam olim fuisse, & Ossam ab Olimpo testatus est Ioannes Anglicus in sua summa; narrat & Auerroes temporibus suis Cordubæ, Terram pertremasse validis Terræmotibus ad annum, nec cessasse, nisi post tres annos, & ex Terremotibus vnica nocte oppressas esse. XIII. Ciuitates in Asia temporibus Tiberij Cæsaris legimus, quorum nomina subiiciemus ex annalibus Eusebij. & sunt Magnesia, Ephesus, Sardis, Mosthene, Megara, Cæsarea, Philadelphia, Hymolus, Themis, Cimæ, Mirrhina, Appolonia, & Diccarchia. contingunt itaque ex huiusmodi Terremotibus Ciuitates opprimi, montes generari, atque etiam subruui cineres, lapides, atque ignes latentes foras emitti, aliquando patentem comprimi, Amnes introrsus conuerti, & nouos exprimi, calentium aquarum venas aperiri, ac nouos fontes, & lacus fieri, Terram scindi, & ab infimo moueri, Montem à Monte separari, nouas in profundo insulas erigi, & in medio Mari non amplius visas poni, & vt vnico verbo omnia complectar, Terremotus mille miracula mouet, & nonnumquam horribilem sonum ædit, immò ferè semper cumque exhalatio illa extra Terram in aere fertur, facit Solis tenebrositatem, nubes reddit nigras, quæ si Soli

oppo-

nantur, tunc Sol videtur quasi per pannum nigrum; quod si exhalatio illa fuerit multa, ac densa, ita vt radij Solares, non possint eam penetrare, reddit Solem inuisibilem, ac quasi Eclipsatum & tunc Sol, Luna, & Stellę, ad modum sanguinis declinantis ad nigredinem videntur. Quod si exhalatio illa inclusa in ventre Terrę fuerit priuata luce, & aere libero, sapit naturam veneni, & ideo ad Terremotum solet sequi pestis; vt contingit Bononię de anno M. D. VI. & quoniam ad propositum facit Historia, quam narrat Pius Bononiensis in quartum Lucretij librum idcirco ad verbum eam intexendam hic existimauit, inquit enim; Hac nostra tempestate accidit in agro Bon. in Salensibus pratis homines staturosa corporatura præditi micare gladijs, & ad iusti certaminis spetiem conferere dicebantur, Ego auditu percipi, non vidi, quamuis illuc patria tota, ne dicam Italia, ad visendum conflueret, diuerteram forte ad Regulum quemdam huiusmodi Terricula ridentem, secuta tamen sunt omnis generis infortunia, quę miseriam patriam omni calamitatis genere confecerunt. Tremores scilicet Terrę formidolosissimi, quibuster ingenti omnium pauore noctu Bononia & Bononiensis ager intremuit, nec statim finis, verum spatio menstruo Solum, & si non perniciosę fluitauit, tamen peior motu fuit timor ipse motus Æstate deincipiti, patritij, plebei que ingenio, diuitijsque conspicui dicefferunt, humanisq; valere dixerunt inter quos Beroaldus præceptor, & pater, & alij, secuta est Cœli miseranda lues, pestisque contagiosis malis reliquias absumens, dein Bellum prorupit, quo patria septro Pontificio libentissime seruit, ductu, auspicioq; Iulij II. Pont. Max. iam ætatis quidem vergentis in senium, sed crudę, & viridis hic (quod vix fando accepimus) castramentatus est, cū viginti dialibus flaminibus (quos Cardinales appellant) nec destiterunt Bononienses, vt intranti Urbem mos est, hieronica ita Sydereo Iulio Urbem intranti partem muri deiecere, vt Vicario DEI Opt. Max. plaudere Urbem, focos, diuina, humanaque omnia promptissimo illi dedere corde, & animo strato illum exceperere, & ceptum amare, fouere, reuereri, & adorare, felices se vocantes, ac per beatos, quod sub tempio, diuinoq; numine libertatem iam propemodum extinctam recuperarunt, & recuperatam conscriptis XL. Viris enixissime tueri permillum est, hæc Pius narrat etiam Seneca lib. naturalium questionum: tēporibus Neronis fuisse Terremotū, post quę Grex DC. mill. Ouium mortuus est, in Pompiana regione, & homines, & alia animalia similiter periere, quod autem magis oues inuaserit pestis illa, ratio est, quoniam

